2. *id quod* .. *erat*] bezieht sich auf den folgenden Satz; s. zu 1, 14, 7. — *ad praecipendum iter*] = *ad spatium itinere praecipendum*, = 'um einen Vorsprung zu gewinnen';

s. 3, 46, 7; 22, 41, 9: *longius spatium fuga praeciperet*. — *viam* .. *ingressurum*] wird an anderen Stellen bildlich gebraucht; s. 6, 4; 38, 43, 8.

3. *dati indutiis*] ist nähere Bestimmung zu *caduceatore dimisso*; vgl. 10, 3; 3, 3, 7. — *haud ita*] s. 42, 9.

4. *Stuberram*] s. 40, 24, 7; 43, 18, 4; Strabo 7, 7, 9, S. 327: *ἐπὶ τῷ Ἐρίγονι πᾶσαι αἱ τῶν Δευριοπίων πόλεις ἤκρητο, ὧν τὸ Βονάνιον καὶ . . Στυβέρα*, wenigstens ist es wahrscheinlich, daß Liv. dieselbe Stadt meint, wie Strabo, da Deuriopus nur den westlichen Teil Pelagoniens bildet oder ein anderer Name für dasselbe ist; Pelagonien dagegen ist der südwestliche Teil von Päonien (s. 33, 19, 3) zwischen Dardanien nördlich (s. 28, 5, 33, 3) und Lyncestis südlich; s. 26, 25, 4; vgl. 39, 53, 14: *Paoniae* (im weiteren Sinne, so daß es auch Pelagonien umfaßt) *ea* (*Deuriopus*) *regio est prope Erigonum fluvium, qui ex Illyrico per Paonium* (genauer *Pelagoniam*) *fluens in Acium amnem editur*. — *in agris*] zeigt, daß es bereits Sommer war; s. 33, 6.

erat, convexit. inde ad Pluinnam est progressus nondum con-  
 perto, quam regionem hostes petissent. Philippus cum primo 5  
 ad Bruanium stativa habuisset, profectus inde transversis limiti-  
 bus terrorem praebuit subitum hosti. movere itaque ex Pluinna  
 Romani et ad Osphagum flumen posuerunt castra. rex haud 6  
 procul inde et ipse vallo super ripam amnis ducto — Erigonum  
 incolae vocant — consedit. inde satis comperto Eordaeam peti- 7  
 turos Romanos, ad occupandas angustias, ne superare hostes ar-  
 tis faucibus inclusum aditum possent, praecessit. ibi alia vallo, 8  
 alia fossa, alia lapidum congerie, ut pro muro essent, alia arbori-  
 bus obiectis, ut aut locus postulabat aut materia suppedibat,  
 prope permuniit atque, ut ipse rebatur, viam suapte natura 9  
 difficilem obiectis per omnes transitus operibus inexpugnabilem  
 fecit. erant pleraque silvestria circa, incommoda phalangi ma- 10  
 xime Macedonum, quae nisi ubi praelongis hastis velut vallum  
 ante clipeos obiecit, quod ut fiat libero campo opus est, nullius  
 admodum usus est. Thracas quoque rumpiae, ingentis et ipsae 11  
 longitudinis, inter obiectos undique ramos impediabant. Creten- 12

— *Pluinnam*] ist sonst nicht be-  
 kannt.

5. *Bruanium*]\* s. zu § 4; in Pe-  
 lagonien oder an der Grenze dieses  
 Landes noch in Lyncestis gelegen.  
 — *transversis limitibus*] s. 24, 10;  
 2, 39, 3; 32, 13, 5. — *Osphagum*]  
 ein Nebenfluß des Erigon, vielleicht  
 der, welcher ihm die Gewässer der  
 Vitch zuführt, in der Nähe von Flo-  
 rina; s. Barth 154.

6. *et ipse*] weil auch er an einem  
 Flusse lagert. — *super*] oben am  
 Ufer hin; s. 1, 2, 6; 27, 48, 2. —  
*riparum amnis*] vgl. zu 21, 26, 6. —  
*Erigonum*] j. Czerna oder Kutschuk-  
 Karasu; s. zu § 4; an der West-  
 grenze Pelagoniens. — *incolae*] die  
 Bewohner der Gegend; s. 28, 22, 1;  
 38, 41, 4 u. a.

7. *Eordaeam*]\* östlich von Lyn-  
 cestis, das Becken von Ostrovo; s.  
 42, 53, 5; 45, 30, 6; Pol. 18, 6;  
 34, 12; Strabo 7, 7, 7, S. 326: *Αν-  
 κησταί τε καὶ ἡ Δευρίοπος . . καὶ  
 Ἐορδοὶ καὶ Ἑλλμεῖα*; vgl. Abel, Ma-  
 cedonien 6 f. Kuhn 2, 406. — *an-  
 gustias*] durch *artis faucibus* . . *ad-  
 itum* näher bestimmt; vgl. zu 28, 1, 6;

wahrscheinlich ist nicht der 23, 5  
 erwähnte Durchgang, sondern der  
 Waldpafs Kyrderbënd nördlich vom  
 Begorritissee, an der Südostseite des  
 Lyncus gemeint; vgl. Thuk. 4, 83;  
 Barth 155.

8. *suppeditabat*] s. zu 22, 39, 14. —  
*prope permuniit*] vgl. 27, 12, 10:  
*castra . . raptim ante noctem per-  
 munita*; 33, 36, 6.

9. *transitus*] s. 44, 33, 4. — *fe-  
 cit*]\*

10. *pleraque*] lokal zu nehmen (s.  
 23, 4), ist Subjekt; *circa* dazu attri-  
 butive Bestimmung; vgl. 21, 35, 4;  
 27, 39, 7: *per munita pleraque  
 transitu fratris*. — *phalangi*] wie  
 33, 4, 3; dagegen mit einer Erklä-  
 rung 32, 17, 11; 33, 8, 7 u. a. —  
*praelongis*] s. 32, 17, 13. — *velut  
 vallum*] s. 32, 17, 14. — *libero cam-  
 po*] s. zu 24, 9. — *nullius admo-  
 dum*] so ziemlich von keinem, =  
 'von gar keinem'. — *rumpiae*] s.  
 Gell. 10, 25, 4: *rumpia genus teli  
 est Thracae nationis, positumque  
 hoc vocabulum in Q. Enni annalium  
 XIII*; vgl. Plut. Aemil. 18; Hom.  
*M* 577.

sium una cohors non inutilis erat; sed ea quoque ipsa, ut, si quis impetum faceret, in patentem vulnere eum equitemque sagittas conicere poterat, ita adversus scuta Romana nec ad traiciendum satis magnam vim habebat, nec aperti quicquam erat,

13 quod peterent. itaque id ut vanum teli genus senserunt esse, saxis passim tota valle iacentibus incessebant hostem. ea maiore cum sonitu quam vulnere ullo pulsatio scutorum parumper succedentis Romanos tenuit. deinde, iis quoque spretis, partim testudine facta per adversos vadunt hostis, partim brevi circuitu cum in iugum collis evasissent, trepidos ex praesidiis stationibusque Macedonas deturbant et, ut in locis impeditis difficili fuga,

14 15 40 plerosque etiam obruncant. ita angustiae minore certamine, quam quod animis proposuerant, superatae et in Eordaeam perventum, ubi pervastatis passim agris in Elimiam consul se recepit. inde impetum in Orestidem facit et oppidum Celetrum est adgressus in paene insula situm; lacus moenia cingit; angustis faucibus

12. una] 'nur die eine'. — *quoque . . nec . . nec*] vgl. 1, 56, 8; 39, 21, 3. — *si faceret*] der Konj. zur Bezeichnung wiederholter Angriffe; vgl. 21, 8, 11, 50, 3; zu 21, 35, 2. — *patentem*] 'bloßgestellt'; vgl. 24, 37, 5. — *scuta Romana*] statt *pedites Romanos scutis armatos*. — *habebat*] vermittelt der eben erwähnten Geschosse; doch ist bei *poterat*, wie bei *poterent*, an die Einzelnen zu denken.

13. ea] 'die dadurch veranlafste'; vgl. zur Schilderung 9, 35, 5; sowohl *maiore cum sonitu* als *quam vulnere ullo* sind attributive Bestimmungen von *pulsatio*, = *magis sonans quam vulnera inferens*; daher steht *quam*, als ob ein Adjektiv vorherginge; zu *vulnere ullo* ist ebenfalls *cum* zu denken. — *succedentis*] s. 36, 5.

14. *testudine facta*] da sie bergan steigen, so ist an ein Schilddach zu denken; s. 40, 3; 34, 39, 6; vgl. 44, 9, 6; anders 10, 29, 6.

15. *brevi circuitu*] an der Seite des Berges hinauf, so dafs sie den Feinden in die Flanke kommen; s. 27, 18, 15. — *ex . . deturbant*] s. Caes. BG. 3, 67, 4: *Pompeianos ex vallo deturbavit*; vgl. Liv. 5,

47, 4. — *praesidiis stationibusque*] den Punkten, wo Schutzwachen und gröfsere Posten standen; ob damit die Schwerebewaffneten überhaupt bezeichnet werden sollen (s. § 10), ist nicht deutlich. — *ul*] gehört zu *in locis impeditis*; s. 4, 17, 8; 21, 7, 7. — *plerosque*] Pol. 18, 6: *πολλοὺς αὐτῶν ἀποκτείναντες*.

40. 1. *quam quod . .*] s. 18, 3. — *animis proposuerant*] 'sich vorgestellt (erwartet) hatten'; s. 34, 34, 2; vgl. 28, 40, 12; 37, 33, 2. — *Eordaeam*]\* — *Elimiam*] südlich von Eordäa, an der Nordgrenze Thessaliens, am Haliakmon; s. die Stelle aus Strabo zu 39, 7; vgl. 42, 53, 5: *Eordaeam petens ad Begorritim . . lacum positus castris postero die in Elimaeam ad Haliaemona fluvium processit*; 45, 30, 6: *Elimiotis*. — *Celetrum*] nach der Beschreibung des Liv. das jetzige Kastoria, auf einer hohen felsigen Halbinsel im See von Kastoria. — *paene insula*] s. zu 25, 11, 1.

2. *angustis faucibus*] d. h. auf einer schmalen Landzunge; wegen *paene insula* ist auch *continenti* gesagt, was sonst von dem Festlande im Gegensatz zum Meere gebraucht wird; s. Nep. Them. 3, 2.

unum ex continenti iter est. primo situ ipso freti clausis portis  
abnuere imperium; deinde, postquam signa ferri ac testudine 3  
succedi ad portam obsessasque fauces agmine hostium viderunt,  
priusquam experirentur certamen, metu in deditionem venerunt.  
ab Celetro in Dassaretios processit urbemque Pelion vi cepit. 4  
servitia inde cum cetera praeda abduxit [et], libera capita sine  
pretio dimisit oppidumque iis reddidit praesidio valido imposito;  
nam et sita opportune urbs erat ad impetus in Macedoniam fa- 5  
ciendos. ita peragratis hostium agris consul in loca pacata ad 6  
Apolloniam, unde orsus bellum erat, copias reduxit.

Philippum averterant Aetoli et Athamanes et Dardani et tot 7  
bella repente alia ex aliis locis exorta. adversus Dardanos, iam 8  
recipientes ex Macedonia sese, Athenagoran cum expeditis pediti-  
bus ac maiore parte equitatus misit, iussum instare ab tergo  
abeuntibus et carpendo postremum agmen segniores eos ad mo-

3. *obsessasque fauces*] die ganze Enge besetzt. — *in deditionem venerunt*] s. 7, 31, 4; die übrigen Oresten scheinen sich freiwillig in den Schutz der Römer begeben zu haben (s. 33, 34, 6), während die anderen Landschaften, durch welche Sulpicius zieht, mit wenigen Ausnahmen (s. 33, 5) dem Könige treu bleiben.

4. *in Dassaretios*] westlich von Orestis; wahrscheinlich ist der Consul dem Laufe des in der Nähe von Kastoria entspringenden Flusses, j. Devol, der sich mit dem Apsus vereinigt, gefolgt, da er sogleich nach Pelion kommt, welches an diesem Flusse an der Ostgrenze Dassaretiens liegt. — *Pelion*] die Endung wie 16, 5; 41, 20, 9; 44, 12, 8. — *sine pretio dimisit*] sie werden, obgleich *devicti* (*vi cepit*), um sie den Römern geneigt zu machen, mild behandelt; s. 26, 47, 1.

5. *nam et . . .*] dieses 'auch' läßt einen weiteren Grund erwarten, ein solcher wird aber nicht angegeben; also ist etwa zu denken: wegen anderer Vorteile sowohl, als u. s. w.; vgl. 28, 7, 2; 30, 29, 4; 33, 5, 7; ebenso *iam enim* et 42, 5; 21, 48, 7; 29, 23, 4. — *loca pacata*] näml. das Land römischer Bundesgenos-

sen. — *unde orsus*] s. zu 32, 29, 6; nach Liv. ist der Grund der Erfolglosigkeit des Feldzugs darin zu suchen, daß der König einer Hauptschlacht auswich; s. 32, 9, 10, 28, 5; vgl. Dio Cass.: *ὄν μέντοι ὁ Γάλβας ἐπεδίωξεν αὐτὸν (Φίλιππον) τῇ τε γὰρ ἀπορίᾳ τῶν τροφῶν καὶ τῇ ἀπειρίᾳ τῶν χωρίων, τὸ δὲ δὴ πλείστον καὶ τῇ ἀγνωσίᾳ τῆς παρασκευῆς αὐτοῦ καὶ δέει, μὴ ἀπερισκέπτως ποι προχωρῶν σφαλῆ, οὐκ ἠθέλησεν περαιτέρω προχωρῆσαι; Plut. Flam. 3.*

40, 7—43. Unternehmungen Philipps gegen die Atoler, Dardaner u. a. Zon. 9, 15.

7. *avertent*] von dem Krieg mit den Römern ab nach einer anderen Seite. — *Athamanes*] s. 28, 1. — *Dardani*] der Einfall ist 34, 6, 38, 7 angedeutet, doch sieht man nicht, ob er mit dem Kriegsplan der Römer in Verbindung gestanden habe; s. 28, 2; vgl. 27, 33, 1, wo sie in Orestis einbrechen, bis wohin sie an u. St. wohl nicht gekommen sind; s. § 1. — *ex aliis locis . . .*] von . . . aus hervorbrechend; s. 37, 2; 31, 36, 5; 34, 47, 1.

8. *Athenagoran*] s. 32, 19, 2. — *carpendo*] s. 3, 5, 1. — *segniores . . . ad . . .*] s. zu 24, 13, 11. — *effi-*

- 9 vendos domo exercitus efficere. Aetolos Damocritus praeter, qui morae ad decernendum bellum ad Naupactum [auctor] fuerat, idem proximo concilio ad arma conciverat post famam equestris ad  
 10 Ottolobum pugnae Dardanorumque et Pleurati cum Illyriis transitum in Macedonia, ad hoc classis Romanae adventum Oreum et super circumfusas tot Macedoniae gentes maritimam quoque  
 41 instantem obsidionem. hae causae Damocritum Aetolosque restituerant Romanis; et Amyndro, rege Athamanum, adiuncto  
 2 profecti Cercinium obsedere. clausurant portas, incertum vi an

*cere*] s. zu 2, 60, 4; natürlich ist an fernere Züge in der Zukunft zu denken; s. Brandstätter, Gesch. des ätol. Landes und Bundes S. 409.

9. *morae ad decernendum . . fuerat*] s. 21, 45, 9; zu 33, 6, 7; Caes. BC. 2, 39, 6: *ad spem . . morabatur*. — *ad Naupactum*] s. 29, 1. — *idem*] s. 29, 5; 24, 22, 5. — *proximo concilio*] Liv. scheint vorzusetzen, daß Damocritus die erbetene Vollmacht erhalten (s. zu 32, 5) und von derselben Gebrauch gemacht, d. h. eine außerordentliche Versammlung des Volks oder eine Apokletenversammlung berufen habe, da der Beschlufs, sich mit den Römern zu verbinden, noch vor der Herbstversammlung gefaßt sein muß; s. 43, 7, 47, 1; Nissen 127 f. — *ad arma conciverat*] er hatte selbst darauf angetragen, daß der Krieg mit Philipp begonnen werden solle; die Motive, welche ihn bestimmten, werden im folgenden *post famam . . et Pleurati . . ad hoc . .* nur als historische Momente nachträglich erwähnt, um sie an das Kap. 41 Erzählte anzuschließen.

10. *Pleurati*] s. 34, 6, 38, 7. — *transitum in . .*] ebenso *adventum Oreum*; s. 22, 61, 13: *consulis Romanam adventum*; 30, 32, 10; 35, 49, 9: *concurstationem regis . . ab Demetriade nunc Lamiam . . nunc Chalcedem*; Cic. ad Att. 9, 5, 1: *discessus Arpinum*. Das Faktum ist wohl das erst Kap. 46 erzählte. — *obsidionem*] Einschluß von der

Seeseite, da Philipps Flotte zu schwach ist, diese gegen den Angriff der römischen Flotte zu schützen.

41. 1. *hae*] zusammenfassend (s. 1, 35, 6), um das Vorhergehende, die Motive, mit der daraus folgenden That zu verbinden. — *Aetolosque*] s. 10, 24, 16; sie haben dem Strategen, (s. 40, 9) beige stimmt. — *restituerant Romanis*] wie 31, 20; die Ätoler scheinen geglaubt zu haben, dadurch, daß sie an dem Kriege teil nehmen, trete das frühere Bündnis wieder in Kraft (s. 26, 24, 15); sie haben daher eine förmliche Erneuerung desselben versäumt; die Römer betrachten es als gebrochen und nicht mehr geltend; s. 33, 13, 7, 11; zum Ausdruck vgl. *restituere in formulam* 32, 33, 7. — *Athamanum*] ein epirotischer Volksstamm im Norden von Ätolien und jetzt mit diesem verbündet; s. 32, 14, 1; 38, 1, 1; Bursian 1, 39. — *Cercinium*] die Lage der Stadt ist unsicher; nach § 4: *qui . . paludem* wäre sie in der Nähe des Böbeis-Sees zu suchen, obgleich dann der Zug der Ätoler bis fast an die Ostgrenze Thessaliens (vgl. 32, 13, 3) gegangen wäre; vielleicht lag der Ort an der Südwestgrenze des Landes.

2. *clausurant*] die Einwohner; neben der Konstr. ad synesim harter Wechsel des Subjektes, wie § 6: *videbaturque*. — *incertum . . an . .*] s. 43, 7; 34, 19, 8; 37, 11, 2; vgl. 29, 4. — *vi (regiorum) . . voluntate (sua)*] s. 58, 2; vgl. 33, 5. — *re-*

voluntate, quia regium habebant praesidium. ceterum intra pau- 3  
 cos dies captum est Cercinium atque incensum; qui superfuerunt  
 e magna clade, liberi servique, inter ceteram praedam abducti.  
 is timor omnis, qui circumcolunt Boeben paludem, relictis urbi- 4  
 bus montis coegit petere. Aetoli inopia praedae inde aversi in 5  
 Perrhaebiam ire pergunt. Cyretias ibi vi capiunt foedeque diri-  
 piunt; qui Maloeam incolunt, voluntate in deditionem societatem-  
 que accepti. ex Perrhaebia Gomphos petendi Amynander auctor 6  
 erat; et imminet Athamania huic urbi, videbaturque expugnari  
 sine magno certamine posse. Aetoli campos Thessaliae opimos 7  
 ad praedam petiere sequente, quamquam non probante Amynan-  
 dro nec effusas populationes Aetolorum nec castra, quo fors tu- 8  
 lisset loco, sine ullo discrimine aut cura muniendi posita. itaque  
 ne temeritas eorum neglegentiaque sibi ac suis etiam cladis ali-  
 cuius causa esset, cum campestribus locis subicientis eos castra

gium.. praesidium] s. 32, 10, 3; der König hat nur die Festungen besetzt; sonst ist Thessalien ohne Schutz.

3. superfuerunt e.. clade] s. dagegen 26, 41, 2; 33, 10, 6; 41, 26, 5; 42, 54, 6; zum Perf. vgl. aufserdem 9, 38, 3; 45, 6, 11; nicht selten heifst es *superfuerant*; vgl. 2, 7, 5; 8, 11, 5; 24, 42, 5 u. a. — *liberi*.] vgl. 40, 4.

4. Boeben paludem] j. Karlá-See, an der Grenze von Magnesien und Thessalien, östlich und südlich von dem Höhenzuge zwischen Pelion und Ossa, westlich von dem Hügellgebirge Karadagh oder Mavrovuni umgeben und so von der thessalischen Ebene geschieden; vgl. Lucan 7, 176 : *Ossaem Boebeida*; Bursian 1, 63.

5. Cyretias] j. Domenico, am Europus (Titaresios), dem bedeutendsten nördlichen Nebenflusse des Peneus; vgl. 36, 10, 5. 13, 4; 42, 53, 9. Noch jetzt findet sich in der Kirche von Domenico eine Inschrift, welche eine Schenkung des Konsuls T. Quinctius Flamininus an die Kyretier enthält: *Τίτος Κοῖντιος στρατηγὸς ἑκπατος Ρωμαίων Κυρητιέων τοῖς ταγοῖς . . χαίρειν . .*; s. CIG. I 1770. Die Aetoler scheinen also

nördlich vom Peneus nach der Westgrenze Thessaliens zurückgegangen zu sein. — *Maloeam*] am westlichen Ufer des genannten Flusses; s. 36, 13, 4; 39, 25, 16; 42, 67, 7; Bursian 1, 56. — *societatemque*] wenn das Wort genau gebraucht ist, so hat sich die Stadt an den ätolischen Bund angeschlossen.

6. Gomphos] eine bedeutende Bergfestung auf einer vorspringenden Bergspitze des Pindus, südlich vom Peneus, bei dem jetzigen Episcopi; sie deckte den Übergang über das Kerketiongebirge nach Athamaniem; vgl. 32, 14, 1. — *et*] fügt den folgenden Grund an.

7. campos Thessaliae opimos] die thessalische Ebene; s. zu 32, 4, 4. — *ad praedam*] = *ad praedandum*; s. 47, 5; ist der Zweck des *campos* . . *petiere*. — *sequente* . . *probante*] vgl. 22, 45, 5. — *quamquam*] s. 4, 53, 1; 42, 19, 3; Sall. Jug. 43, 1. — *non . . nec . . nec*] s. 1, 36, 3; 28, 32, 5; 34, 1, 5 u. a. — *aut*] weil in *sine* ein negativer Begriff liegt. — *muniendi*] s. dagegen § 10: *castris*; 42, 1: *vallo*.

8. etiam] gehört zu *sibi ac suis*. — *alicuius*] neben *ne*; s. 2, 2, 2; 10, 20, 16 u. a. — *subicientis*] am Fusse der Höhe, welche die Stadt ein-

- 9 Pharcadoni urbi videret, ipse paulo plus mille passuum inde tumul-  
 10 lum suis, quamvis levi munimento tutum, cepit. cum Aetoli, nisi  
 quod populabantur, vix meminisse viderentur se in agro hostium  
 esse, alii palati semermes vagarentur, alii in castris sine stationi-  
 11 bus per somnum vinumque dies noctibus aequarent, Philippus  
 inopinantibus advenit. quem cum adesse refugientes ex agris quidam  
 pavidi nuntiassent, trepidare Damocritus ceterique duces —  
 12 et erat forte meridianum tempus, quo plerique graves cibo sopiti  
 iacebant —, excitare alii alios, iubere arma capere, alios dimittere  
 ad revocandos, qui palati per agros praedabantur; tantaque tre-  
 pidatio fuit, ut sine gladiis quidam equitum exirent, loricas pleri-  
 13 que non induerent. ita raptim educti, cum universi sescentorum  
 aegre simul equites peditesque numerum explessent, incidunt in  
 14 regium equitatum numero, armis animisque praestantem. itaque  
 primo impetu fusi vix temptato certamine turpi fuga repetunt  
 castra; caesi captique, quos equites ab agmine fugientium inter-  
 42 cludere. Philippus iam suis vallo appropinquantibus receptui  
 cani iussit; fatigatos enim equos virosque non tam proelio quam  
 itineris simul longitudine, simul praepropera celeritate habebat.  
 2 itaque turmatim equites, in vicem manipulos levis armaturae

nahm. — *Pharcadoni\**] vgl. Strabo 9, 5, 17, S. 438: ἔστι δὲ Φαρκαδὼν ἐν τῇ Ἰσθμῳίτιδι . . ὁ Ἠπειὸς . . ἐν ἀριστερῇ ἀφείς Τολκην τε καὶ Ἑλληναίων καὶ Φαρκαδῶνα φέρεται παρὰ Ἄτροα . . Nach Bursian 1, 53 (vgl. Ussing, Reisen 49 f.) lag dieselbe am linken Ufer des Lethäus, östlich von dem Sumpfe Syr-Papás, bei dem Dorfe Kolokotó.

9. *plus mille passuum*] s. 3, 60, 3: *castris mille passuum ab hoste positis*; 38, 21, 1: *minus mille passuum a castris*; vgl. 28, 2, 3; 43, 11, 5 u. a. — *suis*] er nahm für die Seinigen in Beschlag; s. 7, 1, 2; anders *capere* 9, 43, 20. — *munimento*] natürliche Schutzmittel.

10. *palati\* semermes vagarentur*] vgl. 2, 50, 6; 5, 44, 5; 7, 17, 8; 9, 31, 15: *latebras palati atque inermes repetebant*; 23, 42, 12: *vagos sine signis palatos*; 33, 15, 6. — *inopinantibus*] ist Dativ; sie glaubten ihn wohl noch mit den Römern beschäftigt.

11. *refugientes . . pavidi*] wie vorher *palati semermes*; nachher *graves cibo sopiti*; s. 1, 21, 1.

12. *tantaque*] abschließend; = 'überhaupt . .

13. *educti*] nähere Bestimmung und Verbesserung von *exirent. — universi\** — *simul equites peditesque*] s. 2, 12, 12; 3, 38, 12; 33, 12, 2 u. a. — *armis*] nicht an sich, sondern weil die Ätoler nicht vollständig bewaffnet waren.

14. *quos*] entweder *ii* oder *omnes*; vgl. 42, 6: *multi in hac quoque . . fuga*.

42. 1. *iam*] ist des Nachdrucks wegen von *vallo appropinquantibus* getrennt. — *fatigatos . . habebat*] s. 21, 7. — *equos virosque*] s. 5, 37, 5. — *simul . . simul*] soll die Gleichzeitigkeit beider Gründe hervorheben, was 41, 13 durch *simul . . que* nicht so geschieht.

2. *in vicem manipulos*] ein Manipel nach dem anderen; ebenso bedeutet *turmatim* hier: 'eine Turme nach der anderen', 'turmenweise';

aquatam ire et prandere iubet, alios in statione armatos retinet, 3  
 opperiens agmen peditum tardius ductum propter gravitatem ar-  
 morum. quod ubi advenit, et ipsis imperatum, ut statutis signis 4  
 armisque ante se positis raptim cibum caperent binis ternisve  
 summum ex manipulis aquandi causa missis; interim eques cum  
 levi armatura paratus instructusque stetit, si quid hostis move-  
 ret. Aetoli — iam enim et quae per agros sparsa multitudo fue- 5  
 rat receperat se in castra — ut defensuri munimenta circa por-  
 tas vallumque armatos disponunt, dum quietos hostes ipsi fe-  
 roces ex tuto spectabant. postquam mota signa Macedonum sunt 6  
 et succedere ad vallum parati atque instructi coepere, repente  
 omnes relictis stationibus per aversam partem castrorum ad tum-  
 ulum ad castra Athamanum perfugiant. multi in hac quoque  
 tam trepida fuga capti caesique sunt Aetolorum. Philippus, si 7  
 satis diei superesset, non dubius, quin Athamanes quoque exui  
 castris potuissent, die per proelium, deinde per directionem ca-  
 strorum assumptum sub tumulo in proxima planitie consedit prima  
 luce insequentis diei hostem adgressurus. sed Aetoli eodem pa- 8  
 vore, quo sua castra reliquerant, nocte proxima dispersi fugerunt.  
 maximo usui fuit Amynander, quo duce Athamanes itinerum  
 periti summis montibus per calles ignotas sequentibus eos hosti-

beide Ausdrücke wie § 4: *manipulis* sind römischen Einrichtungen entlehnt. — *prandere*] dagegen § 4: *cibum caperent*, da nach 41, 11 Mittag bereits vorbei ist.

4. *statutis signis*] wie vorher *in statione*; häufiger *constituere signa*; s. 36, 8; 33, 10, 3; 34, 20, 5 u. a.; vgl. 27, 16, 11; 28, 15, 10. — *binis ternisve*] immer nur zwei oder drei; es können jetzt so wenige Wasser holen, da die leichten Truppen Schutz gewähren. — *manipulis*] wie § 2 kleinere Abteilungen der Phalanx (*διλοχίαι, τετραχίται* u. a.). — *si quid hostis moveret*] wenn .. etwas unternähme, eine Bewegung machte; vgl. 46, 7; 4, 21, 3; 21, 52, 4.

5. *iam enim et. . .*] s. 40, 5; die übrigen waren schon versammelt, und jetzt hatte sich 'auch' . . ; *et* ist auf den Gesamtbegriff *quae . . fuerat* bezogen; gewöhnlich wird in diesem Falle *is* oder *ille* hinzu-

gesetzt; s. 45, 15, 2; Cic. de fin. 4, 62; Tusc. 4, 74. — *receperat*\* — *dum . . spectabant*] so lange sie noch . . ; s. zu 5, 25, 3; hier nicht ohne Ironie.

6. *aversam partem castrorum*] s. 4, 22, 4: *aversa parte urbis*; 8, 26, 4; 34, 47, 1; Tac. Hist. 2, 51: *aversam partem domus*; Vell. 2, 63: *aversa castrorum*. — *ad . . ad\**] s. zu 21, 49, 3; = nach dem Hügel, wo . . war, oder: nach dem Lager auf dem Hügel.

7. *superesset . . potuissent*] s. zu 4, 12, 7; 10, 45, 3; vgl. 23, 11.

8. *dispersi*] vgl. § 9: *dispersa fuga*; 28, 20, 8: *dissipata fuga*; 42, 8, 1: *diversa fuga*; sie fliehen auf verschiedenen Wegen. — *quo duce*] so dafs er die Oberleitung bei dem Rückzug hat; die Führer auf den einzelnen Bergpfaden (s. 32, 14, 8: *duces*) sind die *itinerum periti*. — *summis montibus*] s. 26, 11, 11; 36, 24, 8; der Ablativ ist

9 bus in Aetoliam perduxerunt. non ita multos in dispersa fuga  
error intulit in Macedonum equites, quos prima luce Philippus, ut  
desertum tumulum videt, ad carpendum hostium agmen misit.

43 Per eos dies et Athenagoras regius praefectus Dardanos re-  
2 cipientes se in finis adeptus postremum agmen turbavit; dein,  
postquam Dardani conversis signis direxere aciem, aequa pugna  
iusto proelio erat. ubi rursus procedere Dardani coepissent,  
equite et levi armatura regii nullum tale auxilii genus habentes  
Dardanos oneratosque immobilibus armis vexabant; et loca ipsa  
3 adiuvant. occisi perpauci sunt, plures vulnerati, captus nemo,  
quia non excedunt temere ordinibus suis, sed confertim et pu-  
gnant et cedunt.

4 Ita damna Romano accepta bello duabus per opportunas ex-  
peditiones coercitis gentibus restituerat Philippus incepto forti,  
non prospero solum eventu. minuit deinde ei forte oblata res  
5 hostium Aetolorum numerum. Scopas, princeps gentis, ab Ale-

der Bedeutung nach etwas verschie-  
den von *per*; s. 2, 23, 8. — *calles*] s. 22, 14, 8; 38, 2, 10; die Athamanen konnten dieselben kennen, da sie an der Westseite des Pindus wohnten. — *sequentibus*] ist Dativ, von *ignotas* abhängig; s. zu 23, 12, 1; das Participle ist als Conatus und kondizional zu nehmen, = *ignotas hostibus, si forte sequi vellent*; vgl. 5, 28, 12: *lux metum . . sequentibus abstulit*; 5, 36, 10; 9, 18, 4; 29, 14, 9.

9. *non ita*] findet sich bei Liv. selten; s. 33, 45, 4; 35, 11, 2. 50, 8; gewöhnlich sagt er *haud ita*. — *prima luce*] wie 5, 28, 12; 35, 34, 9; 42, 64, 3; dagegen *luce prima* 29, 7, 3 u. a.; vgl. 21, 21, 6. — *misit*] nach *videt*; s. 39, 9.

43. 1. *Dardanos*] s. 40, 8.

2. *dein*] ohne *primum* vorher; vgl. 4, 3, 11; 7, 15, 11; 35, 11, 10: *Numidae adequitare, dein refugere*. — *aequa pugna iusto proelio*] der Kampf war gleich (d. h. es wurde von beiden Seiten in gleicher Weise, ohne Entscheidung, gekämpft) in regelmässiger Schlacht; vgl. 23, 40, 9: *levia certamina . . inita, postremo descensum in aciem signis conlatis iusto proelio . . pu-*

*gnatum*; an u. St. steht *iustum proelium dem turbare* (vgl. 40, 8: *carpendo*) gegenüber; vgl. 33, 4, 3. 14; zu 34, 28, 11. — *ubi . . coepissent*] iterativer Konj.; s. zu 26, 25, 7. — *tale\* auxilii genus*] vgl. 5, 43, 3. — *Dardanos*] die dreifache Wiederholung eines Wortes hat Liv. nicht immer vermieden; s. 38, 3; 32, 19, 1. — *immobilibus*] wie die Phalanx und die Thraker; s. 39, 10 ff.; ähnlich, aber als Reiter, die Sarmaten bei Tac. Hist. 1, 79.

3. *non . . temere*] 'nicht leicht'; 'nicht ohne Grund'; dann war jedoch auch das *carpere* (s. 40, 8) nicht möglich.

4. *restituerat*] wie *res perditas restituere* 25, 37, 1. — *incepto forti*] vgl. 9, 11, 4: *fortia consilia*; 22, 44, 7; 40, 56, 4. — *non . . solum*] s. 28, 40, 5; Cic. Phil. 2, 11: *haec tu homo sapiens, non solum eloquens . . ausus es vituperare*; ad fam. 14, 14, 1 u. a.

5. *Scopas*] früher Strateg, dann 204 v. Chr. mit Dorimachus zur Revision der Verfassung des ätolischen Bundes gewählt, hatte bei dieser Gelegenheit seine ehrgeizigen Pläne nicht durchsetzen können

xandrea magno cum pondere auri ab rege Ptolomaeo missus, sex milia peditum et quingentos equites mercede conductos Aegyptum vexit; nec ex iuventute Aetolorum quemquam reliquisset, ni Dammocritus nunc belli, quod instaret, nunc futurae solitudinis admonens, incertum cura gentis an ut adversaretur Scopae parum donis cultus, partem iuniorum castigando domi continuisset. haec ea aestate ab Romanis Philippoque gesta terra; classis a Corcyra eiusdem principio aestatis cum L. Apustio legato profecta Maleo superato circa Scyllaeum agri Hermionici Attalo regi coniuncta est. tum vero Atheniensium civitas, cui odio in Philippum per me- tum iam diu moderata erat, id omne in auxilii praesentis spem effudit. nec unquam ibi desunt linguae promptae ad plebem concitandam; quod genus cum in omnibus liberis civitatibus, tum praecipue Athenis, ubi oratio plurimum pollet, favore multitudinis alitur. rogationem extemplo tulerunt plebesque scivit, ut 4

und war nach Ägypten gegangen (s. Pol. 13, 1f.), wo er jetzt Oberbefehlshaber des Heeres ist, welches das von Antiochus eroberte Cölesyrien wieder einnehmen soll; s. 33, 19, 8; Pol. 16, 18f. 39. — *Ptolomaeo*] s. zu 2, 3. — *conductos*] die Ätoler, wie viele andere Griechen, dienen schon seit langer Zeit als Söldner den Königen und anderen Staaten. — *Aegyptum*] s. zu 10, 37, 1; da das Ziel bezeichnet werden soll, konnte *vexit* stehen statt eines Kompositums wie *avexit*.

6. *nunc . . nunc*] s. zu 2, 9, 1. — *instaret*] gegenwärtig sei und dränge; s. 2, 48, 6: *bella praesentia instabant*; 28, 38, 9; 32, 4, 7. 36, 6.

7. *incertum . . an*] s. 41, 2. — *ut*] nur um . . ; *parum . .* enthält dazu den Grund; zur Sache s. 33, 11, 7. — *castigando*] nach *admonens*; vgl. 10, 31, 15. — *gesta terra*]\* in scharfem Gegensatz hierzu wird mit *classis* fortgefahren.

44—47, 3. Unternehmungen der verbündeten Flotten. Dio Cass. fr. 58, 4; Zon. 9, 15.

1. *classis*] die Hauptflotte, nicht die den Athenern zu Hülfe geschickte Abteilung; s. 14, 3. Jene kommandierte Apustius; s. 27, 8; sie hat zu Corcyra überwintert und beginnt, wie das Heer, im Frühling

199 die Operationen; s. 22, 5, 40, 10. — *Maleo*]\* vgl. 47, 2; 32, 16, 4, 5; 34, 32, 18; 42, 56, 1; es kann dazu *promunturio* gedacht werden; vgl. Flor. 1, 25 (2, 9), 4 *iugum Maleum*; ebd. 1, 40 (3, 6), 3: *sinum Maleum*; gewöhnlicher ist die Form *Malea*. — *Scyllaeum*] Vorgebirge an der Südostspitze von Argolis; die Landschaft hieß *Hermionis* von der Stadt *Hermione*; vgl. 36, 42, 6, wo *agri Hermionici* nicht hinzugesetzt ist; über den Genetiv s. 45, 6, 15; zu 27, 30, 7. — *Attalo*] statt *Attali classis*; zur Sache s. 15, 9.

2. *cui odio . . id*] s. 1, 1, 7; 21, 18, 10; 24, 1, 9; 27, 42, 16. — *Philippum*]\* — *iam diu . .*] kurz statt: den sie zwar schon lange gehegt, aber bisher gezügelt hatten. — *in . . spem*] 'auf . . hin', d. h. 'in der Hoffnung'; s. 6, 11, 5; 10, 6, 11; zu 21, 43, 7.

3. *desunt*] s. 24, 25, 8; Liv. folgt auch hier wohl dem Polybios, der sich mehrfach gegen die Demokratie ausspricht; s. Pol. 5, 106; 16, 25; doch hält Liv. auch selbst nicht viel von den Griechen der späteren Zeit; s. § 9; 14, 6, 15, 2; Hertzberg 1, 101.

4. *extemplo*] vgl. 24, 1, 7, 25, 10; anders in Rom. — *tulerunt*]

Philippi statuae, imagines omnes nominaque earum, item maiorum eius virile ac muliebre secus omnium tollerentur delerenturque diesque festi, sacra, sacerdotes, quae ipsius maiorumque  
 5 eius honoris causa instituta essent, omnia profanarentur; loca quoque, in quibus positum aliquid inscriptumve honoris eius causa fuisset, detestabilia esse, neque in iis quicquam postea poni  
 6 dedicarique placere eorum, quae in loco puro poni dedicarique fas esset; sacerdotes publicos, quotienscumque pro populo Athe-

'man' oder die vorher bezeichneten Redner; die Ausdrücke, ebenso *plebs scivit* und § 7: *iussurum*, sind von römischen Verhältnissen entlehnt. — *statuae imagines*\*) s. 32, 16, 17; 44, 32, 4; *imagines* sind Gemälde, verschieden von *statuae*, welche Staudbilder oder auch nur Gedenksäulen sein können. — *nominaque earum*] die auf den Basen der Statuen angebrachten Namen und Lobpreisungen, welche an Philipp hätten erinnern können; s. Cic. in Verr. 4, 74: *haec (Diana) erat posita . . sane excelsa in basi, in qua grandibus litteris P. Africani nomen erat incisum eumque Carthagine capta restituisse perscriptum*; vgl. ebd. 2, 159 f. — *secus*] s. zu 26, 47, 1; vgl. Tac. Ann. 1, 62. — *diesque festi . . sacerdotes*] schon seit dem Ende des peloponnesischen Krieges, besonders seit Alexander dem Großen, war es in Griechenland Sitte geworden, die Könige wie die Götter zu verehren, ihnen Tempel, Altäre, Priester zu widmen u. s. w.; s. 14, 12; Schömann 1, 557. — *quae*)\* — *ipsius maiorumque\* eius*] die einen für diese, die anderen für ihn selbst; s. 42, 4: *binis ternisque*; 3, 55, 13 u. a.; die *maiores* sind wohl Demetrios Poliorketes, Antigonos Gonatas, Antigonos Doson. Über die Häufung der Genetive s. 50, 4; Praef. 3. — *profanarentur*] s. Macrob. Sat. 3, 3, 4: *Trebatius profanum id proprie dici ait, quod ex religioso vel sacro in hominum proprietatemque conversum est*; dies geschah durch die *rese-*

*cratio*, die Aufhebung der *consecratio*; s. Paul. Diac. S. 280: *resecrare, solvere religione*; vgl. 1, 55, 3: *exauguratio*.

5. *loca quoque*] auch die Orte, nicht allein die Gegenstände. — *positum*] die *statuae* und *imagines* u. a.; vgl. 38, 43, 6. — *inscriptum . . fuisset*] (früher) . . worden wäre'; s. 48, 7; 34, 10, 5 u. a.; es sind die *nomina* gemeint. — *detestabilia*] 'des Fluches würdig'; über diese soll die *detestatio* und *exsecratio* (s. § 6) ausgesprochen werden. — *poni*] wird oft von Gegenständen gebraucht, welche den Göttern geweiht werden, wie Statuen, Tempeln, Altären u. s. w. — *placere*] fügt einen neuen Teil des Volksbeschlusses (*plebs scivit*) in anderer Form an; s. 5, 9; 3, 13, 6. 40, 5 u. a.; über den Wechsel der Konstr. s. 3, 27, 4; 26, 10, 2; 33, 31, 11; 42, 66, 2 u. a.; ebenso geht bisweilen der Inf. voran, während der Konjunktiv folgt; s. 8, 8; 3, 32, 6; zu 24, 10, 3 u. a. — *puro*] s. 25, 17, 3; vgl. Ulp. Dig. XI 7, 1, 2 § 4: *purus autem locus dicitur, qui neque sacer neque sanctus est neque religiosus, sed ab omnibus huiusmodi nominibus vacare videtur*, also frei von allen Beziehungen auf die Götter und heilige Gegenstände, aber so beschaffen, daß etwas auf demselben für religiöse Zwecke aufgestellt oder geweiht werden kann.

6. *sacerdotes publicos*] auch *sacerdotes populi Romani* genannt; — die den Staat in religiösen Verhältnissen vertreten; s. Marq. 3,

niensi sociisque, exercitibus et classibus eorum precarentur, totiens detestari atque execrari Philippum, liberos eius regnumque, terrestres navalesque copias, Macedonum genus omne nomenque. additum decreto, si quis quid postea, quod ad notam ignominiamque Philippi pertineret, ferret, id omne populum Atheniensem iussurum; si quis contra ignominiam prove honore eius dixisset fecissetve, qui occidisset eum, iure caesurum. postremo inclusum, ut omnia, quae adversus Pisistratidas decreta quondam erant, eadem in Philippo servarentur. Athenienses quidem litteris verbisque, quibus solis valent, bellum adversus Philippum gerissent; Attalus Romanique, cum Piraeum primo ab Hermione petissent, paucos ibi morati dies oneratique aequae immodicis ad honores sociorum, atque in ira adversus hostem fuerant, Atheniensium decretis navigant a Piraeo Andrum. et cum in portu, quem Gaurion vocant, constitissent, missis, qui temptarent oppidanorum animos, si voluntate tradere urbem quam vim experiri

211 ff. — *pro populo . . classibus*] s. 29, 27, 2. — *detestari atque execrari*] vgl. 10, 41, 3; = unter Anrufung der Götter als Zeugen ihn und alles Seinige für ausgestoßen aus der Verbindung der *sacra*, für *sacer* (s. § 8) erklären, 'verfluchen'. — *genus omne nomenque*] das Volk und alle, die diesen Namen führen; s. 2, 45, 16; 9, 34, 5.

7. *additum . .*] ein Zusatzartikel des Beschlusses, wie § 8: *inclusum*; vgl. 7, 41, 4. — *notam*] die tadelnde Bemerkung; *ignominia*: die daraus folgende Schande, wie bei der Rüge der Censoren; s. 24, 18, 9. — *iussurum*] es wird die bestimmte Erwartung ausgesprochen.

8. *qui occidisset . . caesurum*] vgl. 8, 3; = der wird einen gesetzlichen Mord begehen, der ihn tötet; derjenige, welcher etwas zu Ehren Philipps beantragt, soll *sacer* sein; s. 3, 55, 7; 22, 10, 6; im senatusconsultum de Bacch. *sei quis essent, qui arvorsum ead. fecissent . . eis rem capitalem faciendam censuere*. — *Pisistratidas*] Hippias und Hipparch. Die Sache selbst wird weder von Thuk. 6, 59 noch von Herodot 5, 65 erwähnt. —

*in Philippo*] s. 28, 43, 8; 34, 2, 1 u. a.

9. *Athenienses quidem*] ironisch: 'so führten denn' u. s. w.; vgl. 40, 12, 11; schließt das Vorhergehende ab, steht aber zugleich zu 45, 1: *Attalus . .* im Gegensatz, wie sonst auch *et . . quidem . . (sed)*; s. 36, 3. — *litteris verbisque*] vgl. Demosth. Phil. 1, 19: *τὰς ἐπιστολομαίους δυνάμεις*; ebd. 30: *χειροτονήσετε, ἵνα μὴ μόνον ἐν τοῖς ψηφίσμασι καὶ ταῖς ἐπιστολαῖς πολεμήτε Φίλιππον*. — *adversus Philippum*] vgl. 41, 23, 1.

45. 1. *primo*] statt *deinde* folgt *ibi morati . . oneratique*] wie schon 15, 2.

2. *immodicis ad . .*] s. 7, 40, 2. — *in ira*\* — *fuerant*] nämll. *immodica*; ist auf *decreta* bezogen, während eigentlich eine Eigenschaft der Athenienser bezeichnet wird. — *Andrum*] diese Insel ist noch vom König besetzt; s. 15, 8; das im folgenden erwähnte *Gaurion*\* ist eine Bucht an der Nordwestseite der Insel, die der Stadt Andros als Hafen diente; s. Xenoph. Hell. 1, 4, 22: *τῆς Ἀνδρίας γῶφας εἰς Γαυρίον*; Diod. 13, 69.

- 4 mallent, postquam praesidio regio arcem teneri nec se potestatis suae esse respondebant, expositis copiis apparatuque omnium urbium oppugnandarum diversis partibus rex et legatus Romanus  
5 ad urbem subeunt. plus aliquanto Graecos Romana arma signaque non ante visa animique militum tam prompte succedentium  
6 muros terruere; itaque fuga extemplo in arcem facta est, urbe hostes potiti. et in arce cum biduum loci se magis quam armorum fiducia tenuissent, tertio die pacti ipsi praesidiumque, ut cum singulis vestimentis Delium Boeotiae transveherentur, urbem  
7 arcemque tradiderunt. ea ab Romanis regi Attalo concessa; praedam ornamentaque urbis ipsi avexerunt. Attalus, ne desertam haberet insulam, et Macedonum fere omnibus et quibusdam Andriorum, ut manerent, persuasit. postea et ab Delio, qui ex pacto travecti eo fuerant, promissis regis, cum desiderium quoque patriae facilius ad credendum inclinaret animos, revocati.  
9 Ab Andro Cythnum traiecerunt. ibi dies aliquot oppugnanda urbe nequiquam assumpti, et, quia vix operae pretium erat, abscessere. ad Prasiae — continentis Atticae is locus est — Issaeorum viginti lembi classi Romanorum adiuncti sunt. ii missi

4. *praesidio regio*] Philipp scheint durch dieses *praesidium* die Insel behaupten zu wollen; s. 33, 2. — *potestatis suae esse*] 'sie könnten nicht über sich verfügen', seien nicht selbständig; s. 1, 38, 2; 25, 29, 4: *cum arbitrii nostri esse coeperimus*; vgl. 41, 2; 6, 10, 3; 32, 39, 2. — *diversis partibus*] vgl. 25, 22, 8. — *ad urbem subeunt*] 'anrücken gegen'; im folgenden *succedere muros* = 'ersteigen', da die Feinde sogleich dieselben verlassen; vgl. 31, 36, 5.

5. *plus aliquanto*] s. zu 2, 31, 4. — *non ante*] s. zu 39, 56, 6. — *succedentium muros*] s. zu 22, 28, 12.

6. *fuga . . facta est*] = *fugerunt* näml. die Griechen; *hostes* sind die vorher Genannten. — *pacti*] s. 17, 3; 23, 15, 3; 34, 29, 13 u. a. — *singulis vestibus*] s. zu 17, 3. — *Delium*] nahe an der Grenze von Attika im Gebiete von Tanagra; s. 35, 51, 1. — *Boeotiae*] s. zu 44, 1.

7. *ea*] näml. die Stadt und die Burg. — *ornamenta*que] die Statuen, Gemälde u. s. w. werden als

ein besonderer Teil der Beute hervorgehoben. Das Verfahren ist dasselbe, wie das im Bündnis mit den Ätolern (s. 26, 24, 11) festgesetzte; auffallend ist, daß die Insel nicht dem König von Ägypten zurückgegeben wird. — *haberet*] hier = 'in Besitz habe'; vgl. 42, 1. — *Macedonum fere omnibus*] vgl. zu 10, 31, 5.

8. *inclinaret animos*] s. 29, 33, 10. — *revocati*] 'sie ließen sich zurückrufen'.

9. *Cythnum*] s. 15, 8. — *assumpti . . abscessere*] der Wechsel der Subjekte ist wie 40, 1, aber an u. St. nicht ohne Härte. — *operae pretium erat*] es lohnte sich nicht, noch längere Zeit mit der Belagerung zu verlieren; vgl. zu 25, 19, 11.

10. *Prasiae*] an der Ostküste Attikas. — *continentis*] vgl. 40, 2, 46, 12. — *Issaeorum*] von der kleinen Insel Issa an der Küste von Dalmatien; daher 42, 48, 8 neben Dyrhachium genannt; die Bewohner waren tüchtige Seelente; s. 32, 21, 27; Pol. 2, 8. Die Form *Issaei* ist

ad populandos Carystiorum agros; cetera classis Geraestum, no-  
bilem Euboeae portum, dum ab Carysto Issaei redirent, tenuit.  
inde omnes velis in altum datis mari medio praeter Scyrum in- 11  
sulam Icum pervenere. ibi paucos dies saeviente Borea retenti,  
ubi prima tranquillitas data est, Sciathum traiecere, vastatam ur- 12  
bem direptamque nuper a Philippo. per agros palati milites fru- 13  
mentum et si qua alia usui esse ad vescendum poterant ad naves  
rettulere; praedae nec erat quicquam, nec meruerant Graeci, cur  
diriperentur. inde Cassandream petentes primo ad Mendaeum, 14  
maritimum civitatis eius vicum, tenere. inde cum superato pro-  
munturio ad ipsa moenia urbis circumagere classem vellent, saeva  
coorta tempestate prope obruti fluctibus, dispersi, magna ex  
parte amissis armamentis in terram effugerunt. onen quoque 15  
ea maritima tempestat ad rem terra gerendam fuit. nam con-  
lectis in unum navibus expositisque copiis adgressi urbem, cum  
multis vulneribus repulsi — et erat validum ibi regium praesi-

die gewöhnliche; s. 32, 21, 27; 37, 16, 8; 42, 26, 2. 4. 48, 8; daneben *Issenses* 45, 26, 13 (vgl. 43, 9, 5); vgl. Pol. 2, 11, 12: *Ἰσθαλοῦς*; 32, 13, 1: *Ἰσθίων*. — *Geraestum*] Vorgebirge und Hafen an der Südseite Euböas, zu dem Gebiete von Carystus gehörig, wie Delium (s. § 6) zu Tanagra, Mendis (s. § 14) zu Cassandrea; vgl. 44, 10, 12. — *tenuit*] ist wegen des Zusatzes *dum . . redirent* zu nehmen als 'hielt zu . . an'; vgl. § 11: *retenti*; 46, 8: *classem ibi tenebat*; ähnlich § 14: *ad Mendaeum . . tenere* = 'sie legten (einstweilen) bei M. an'; vgl. zu 44, 28, 7; anders 32, 9, 6; vgl. 1, 1, 4.

11. *Scyrum*] weiter östlich als das unmittelbar an der Küste von Euböa liegende *Icus*. — *mari medio*] im Gegensatz zur Küstenfahrt = 'mitten auf . . hin'; vgl. Tac. Hist. 2, 2.

12. *Sciathum*] an der Küste von Magnesia. — *vastatam urbem*] ohne *in*; s. zu 3, 1, 5; zur Sache s. 28, 6.

13. *praedae*] um einen Begriff hervorzuheben oder um ihn, wie bei dem Relativum, an das Vorhergehende anzuknüpfen, wird derselbe

bei korrespondierenden Begriffen bisweilen dem ersten vorangestellt, als ob er zu beiden gehörte; so bei *et . . et* und *nec . . nec* (s. 21, 15, 4; 22, 6, 2; 33, 9, 10. 27, 10; 34, 62, 1; 39, 40, 9; 44, 26, 14), bei *aut . . aut* (s. 2, 27, 2; 23, 7, 6), *ut . . ita*; s. 9, 4, 9; 28, 37, 6; vgl. 37, 47, 4: *unum . . alterum* u. a.

14. *Cassandream*] s. 44, 11, 2: *condita est (Cassandrea) a Cassandro rege in ipsis faucibus, quae Pallenensem agrum ceterae Macedoniae iungunt, hinc Toronaico hinc Macedonico saepta mari*; vgl. 28, 8, 14; es wurde da erbaut, wo früher Potidäa stand. — *Mendaeum*] sonst heisst der Ort *Mendis* oder *Mendae* (s. Plin. 4, 36), wovon die Form an u. St. vielleicht Adjektiv ist; vgl. Kuhn 2, 401. — *maritimum . . vicum*] sonst *emporium* genannt; vgl. 28, 6, 12. — *moenia* . .] näml. von Cassandrea. — *obruiti . . dispersi . .*] = *cum prope . . obruti essent, dispersi . .* — *armamentis*] s. 33, 48, 8.

15. *onen quoque* . .] es war nicht allein an sich ein Unglück, sondern auch. — *in unum*] s. 28, 3, 9. — *cum multis vulneribus*] s. 43, 21, 1. — *ad*

dium — irrito incepto regressi ad Canastraeum Pallenes traiecere. inde superato Toronae promunturio navigantes Acanthum  
 16 petiere. ibi primo ager vastatus, deinde ipsa urbs vi capta ac direpta. nec ultra progressi — iam enim et graves praeda naves habebant — retro, unde venerant, Sciathum et ab Sciatho Eu-  
 46 bocam repetunt. ibi relicta classe decem navibus expeditis sinum Maliacum intravere ad colloquendum cum Aetolis de ratione ge-  
 2 rendi belli. Pyrrhias Aetolus princeps legationis eius fuit, quae ad communicanda consilia Heracleam cum rege et cum Romano  
 3 legato venit. petitum ex foedere ab Attalo est, ut mille milites praestaret; tantum enim numerum bellum gerentibus adversus  
 4 Philippum debebat. id negatum Aetolis, quod illi quoque gravati prius essent ad populandam Macedoniam exire, quo tempore, Philippo circa Pergamum urente sacra profanaque, abstrahere

*Canastraeum*] die Südostspitze der westlichen Landzunge von Chalcidice: Pallene; s. 44, 11, 3: *eminet in altum lingua . . obversa in regionem Magnesiaee duobus imparibus promunturiis, quorum maiori Posideum est nomen, minori Canastraeum . . traiecere*] s. 37, 13, 1: *ad Macrin . . insulam traiecit*; ebd. § 3. — *Pallenes*] vgl. zu § 6. — *Toronae*]\*] s. 45, 30, 4: *portus ad Toronen*; s. zu § 14. — *navigantes*] zur Veranschaulichung hinzugefügt, wie sonst oft *profectus*. — *Acanthum*] an der Nordostseite der dritten Landzunge: Akte.

16. *iam enim et*] 'denn . . auch schon . .'; s. zu 21, 48, 7; vgl. 42, 5. — *retro, unde venerant*] s. 24, 20, 3. — *Euboeam*] nach dem Folgenden ist die Nordküste gemeint, was durch *ibi* nur unbestimmt angedeutet ist.

46. 1. *Maliacum*] s. 27, 30, 3. — *ratione gerendi belli*] den Kriegsplan.

2. *Pyrrhias*]\*] ist wahrscheinlich der 27, 30, 1 (vgl. Pol. 5, 30, 2. 91, 3) erwähnte, der Ol. 142, 3 Strateg gewesen war; doch sieht man nicht, warum nicht der damalige Strateg (s. 40, 9) mit dem Oberfeldherrn verhandelt. Die Ätoler scheinen nicht

gewagt zu haben, allein einen Angriff auf das von Philipp besetzte Thessalien zu machen, wie sie auch früher schon mit den Akarnanen gemeinschaftlich handeln; s. 41, 1. Übrigens fällt es auf, daß sie jetzt Unterstützung begehren, dagegen 33, 3, 9 selbst den Römern Hilfe senden. Da sie schon in Thessalien eingefallen sind, so ist anzunehmen, daß die Verhandlung vorher stattgehabt hat; s. 40, 10: *adventum Oreum*. — *legationis eius*] 'einer' Gesandtschaft.; daß eine Versammlung der Apokleten (s. 36, 28, 8) stattgefunden habe, wird nicht angedeutet. — *quae*]\*] — *Heracleam*] wohl die 28, 5, 13 erwähnte Stadt. — *cum legato*] gehört zu *communicanda*; der Name *Heracleam* ist störend zwischen die zusammengehörenden Begriffe gestellt; vgl. 18, 4.

3. *ex foedere*] 'dem Bündnis gemäß'; über Attalus' Verhältnis zu den Ätolern s. 15, 9. — *ab Attalo*] die Zweideutigkeit wird durch das Folgende entfernt.

4. *gravati . . essent*] s. 44, 38, 3; wohl aus dem 15, 9 angegebenen Grunde, da sie ihnen selbst widerfahrene Verletzungen nicht gerächt haben; s. 32, 33, 15. — *quo tempore*] *Philippo . .*] auf dem 14, 3 (vgl. 32, 33, 5) erwähnten Zuge; s.

eum inde respectu rerum suarum potuissent. ita Aetoli cum spe 5  
magis, Romanis omnia pollicentibus, quam cum auxilio dimissi;  
Apustius cum Attalo ad classem redit.

Inde agitari de Oreo oppugnando coeptum. valida ea civitas 6  
et moenibus et, quia ante fuerat temptata, firmo erat praesidio.  
coniunxerant se iis post expugnationem Andri cum praefecto  
Agesimbroti viginti Rhodiae naves, tectae omnes. eam classem 7  
in stationem ad Zelasium miserunt — Phthiotidis super Demetriadem  
promunturium est peropportune obiectum —, ut, si quid  
inde moverent Macedonum naves, in praesidio essent. Heracli- 8  
des, praefectus regius, classem ibi tenebat, magis per occasio-  
nem, si quam neglegentia hostium dedisset, quam aperta vi quic-  
quam ausurus. Oreum diversi Romani et rex Attalus oppugna- 9  
bant, Romani a maritima arce, regii adversus vallem inter duas

Pol. 16, 1, 1: Φίλιππος . . παραγε-  
νόμενος εἰς τὸ Πέργαμον . . πᾶ-  
σαν αἰχλίαν ἐναπέδεικνυτο. — eum]  
nach Philippo . . urente; s. 32, 38, 7;  
zu 1, 28, 10. — respectu rerum sua-  
rum] durch die Nötigung, auf seine  
Staaten Rücksicht zu nehmen; sua-  
rum ist auf eum bezogen; s. 4, 33, 5.

5. auxilio] die Römer mochten  
nicht geneigt sein, den Aetolern Hülfe  
zu leisten (s. 34, 23, 7), auch hätten  
die Aetoler wohl von dem Flotten-  
kommandeur diese Hülfe nicht er-  
halten können.

6. agitari . . coeptum] ist bei Liv.  
nicht selten; s. 6, 1, 11; 9, 35, 8 u. a.  
— ante fuerat temptata] da von  
einer Unternehmung gegen Oreus  
auf dieser Expedition noch nicht  
die Rede gewesen ist, so denkt Liv.  
wohl an die 28, 6, 1 ff. geschilderte,  
bei der aber nicht ein bloßer Ver-  
such gemacht, sondern die Stadt  
wirklich erobert wurde. — iis] wer  
gemeint sei, zeigt der Zusammen-  
hang. — expugnationem Andri]  
also bald nach dem Beginn der Ex-  
pedition und hier nur beiläufig er-  
wähnt. — tectae] s. 22, 8.

7. in stationem ad . . ] auf die  
Rhede bei . . ; s. 25, 27, 8; 28, 6, 9.  
— ad Zelasium] der Ort scheint  
sonst nicht erwähnt zu werden, aber  
nach dem Folgenden ein Vorgebirge

von Phthiotis gewesen zu sein. —  
Phthiotidis]\* — super] kann nur  
bedeuten, daß der Ort 'über' Demetrias,  
das jetzige Volo, 'hinaus',  
jenseits desselben gelegen habe;  
wahrscheinlich von Oreus aus be-  
trachtet, wenn man von Demetrias  
am Meere weiter (westlich) geht. —  
peropportune obiectum] ist absolut  
gesagt (s. 29, 2, 14 u. a.), aber in  
Bezug auf Demetrias gebraucht, =  
'vor diesem liegend', so daß das  
Auslaufen der Schiffe von dort ge-  
hindert werden kann; nach 33, 1  
ist die macedonische Flotte in dem  
Hafen von Demetrias versammelt.  
— si quid inde moverent] 'wenn  
sie von dort aus eine Bewegung  
machen wollten'; zum Ausdr. vgl.  
42, 4. — inde] und § 8: ibi beziehen  
sich ungewöhnlich auf das in der  
Parenthese stehende Demetriadem;  
vgl. 4, 4, 1; Tac. Ann. 2, 6: Rhenus  
. . adfluens . . verso cognomine Va-  
halem accolae dicunt. mox id quo-  
que vocabulum mutat.

8. Heraclides] s. 33, 2.

9. diversi] s. 10, 33, 10; vgl. 45, 4.  
— a maritima arce] s. 28, 6, 2:  
duas arces urbis (Oreus) habet,  
unam imminem mari; altera  
urbis media est; ebd. § 4: porta  
maritimae arcis; unten § 15. —  
adversus vallem] 'in der Richtung

- 10 iacentem arces, qua et muro intersaepta urbs est. et ut loca diversa, sic dispari modo etiam oppugnabant: Romanus testudinibus et vineis et ariete admovendo muris, regii ballistis catapultisque et alio omni genere tormentorum tela ingerentes et ponderare ingenti saxa; faciebant et cuniculos et quidquid aliud priore
- 11 oppugnatione expertum profuerat. ceterum non plures tantum Macedones quam ante tuebantur urbem arcesque, sed etiam praesentioribus animis, et castigationis regis in admissa culpa et simul minarum, simul promissorum in futurum memores. itaque cum praeter spem tempus ibi traheretur, plusque in obsidione et in operibus quam in oppugnatione celeri spei esset,
- 12 interim et aliud agi posse ratus legatus, relictis quot satis videbantur ad opera perficienda, traicit in proxima continentis Larissamque — non illam in Thessalia nobilem urbem, sed alteram, quam Cremasten vocant — subito adventu praeter arcem cepit.

nach einem Thale hin'; s. 7, 14, 9; 32, 33, 6 u. a. — *et muro*] 'auch durch eine Mauer'; durch *et* scheint angedeutet, dafs sowohl das Thal, als auch die Mauer zwischen beiden Burgen hinlief und so den einen Teil der Stadt von dem anderen schied; vgl. 8, 25, 5; 24, 23, 4; 25, 11, 2: *vallo urbem ab arce intersaeptis* statuit; 34, 40, 1.

10. *loca diversa*] wie dadurch die Verschiedenheit der Bestürmungsmittel bedingt ist, geht aus dem Folgenden nicht hervor, da Attalus ebenso wie die Römer seinen Angriff auf die Stadtmauer richtet; eher würde man es einsehen, wenn Attalus, worauf auch der Gebrauch der Wurfmaschinen hinweist, die vom Meere entfernte, auf einem zweiten Hügel gelegene Burg angegriffen hätte. — *Romanus.*] die Römer haben, wie es scheint, leichter und näher an die Mauer gelangen können, als Attalus. — *testudinibus*] es sind *testudines arietariae*; s. § 14: *ariete*; 5, 5, 6; 37, 26, 8: *testudinibus arietes admovit*; Marq. 2, 510. — *vineis*] s. 2, 17, 3. — *alio omni genere.*] es gab z. B. noch Skorpionen; s. 26, 47, 6. — *saxa*] diese werden aus den Bal-

listen (*λιθοβόλοι*) geworfen; s. 21, 11, 10; vgl. Caes. BC. 2, 9, 3; es soll Bresche geschossen werden; s. § 16. — *faciebant\**] — *cuniculos*] s. 17, 2; 36, 25, 4; 38, 7, 6. — *expertum*] s. 29, 3; = 'als nützlich erkannt'; würde neben *profuerat* nicht vermisst werden. Die frühere Belagerung wird 28, 6, 3 als von sehr kurzer Dauer geschildert und eine Mine nicht erwähnt.

11. *praesentioribus animis*] vgl. 4, 38, 2; sie zeigten mehr Eifer und Mut als früher. — *et castigationis\** .. *memores*] diese Worte geben die Gründe des Mutes an; dieser war da, teils weil sie des Tadels, der sich auf die Vergangenheit bezog, teils weil sie der für die Zukunft ausgesprochenen Drohungen und ihnen gegebenen Versprechungen eingedenk waren. — *in admissa culpa*] s. 3, 51, 4; 5, 47, 6; 33, 3, 2. — *oppugnatione celeri*] ein Sturm, der schnell zum Ziele führen würde. — *spei*] nach *spem* wohl unabsichtlich wiederholt; s. § 16.

12. *quot satis videbantur\**] s. 44, 1, 1. — *continentis*] näml. *Thessaliae*; s. 45, 10. — *Larissamque*] in Phthiotis, etwas nördlich vom pagasäischen Meerbusen; s. 31, 4.

Attalus quoque Pteleon nihil minus quam tale quicquam in alterius oppugnatione urbis timentibus oppressit. et iam cum opera in effectu erant circa Oreum, tum praesidium, quod intus erat, labore adsiduo, vigiliis diurnis pariter nocturnisque et vulneribus confectum. muri quoque pars ariete incusso subruta multis iam locis prociderat; perque apertum ruina iter nocte Romani in arcem, quae super portum est, perruperunt. Attalus luce prima ex arce dato ab Romanis et ipse urbem invasit stratis magna ex parte muris; praesidium oppidanique in arcem alteram perfugere, unde biduo post deditio facta. urbs regi, captiva corpora Romanis cessere.

Iam autumnale aequinoctium instabat; et est sinus Euboeus, quem Coela vocant, suspectus nautis. itaque ante hiemales motus evadere inde cupientes Piraeum, unde profecti ad bellum erant, repetunt. Apustius triginta navibus ibi relictis super Ma-

13. *Pteleon*\*) in der Nähe (nordöstlich) von Larisa. — *nihil minus quam*] s. 3, 3, 2. — *timentibus*] näml. die Einwohner; über die Synesis s. 28, 19, 3; 33, 47, 6; oft findet sich in diesem Falle neben dem Part. im Abl. *ipsis* bei Liv.; s. 16, 5; zu 23, 12, 1.

14. *et iam*] bei ihrer Rückkehr waren bereits . . ; vgl. 21, 12, 2. — *in effectu*] 'in Thätigkeit'; s. 6, 4, 6; 21, 7, 6: *postquam ad effectum operis ventum est*; oder = 'der Vollendung nahe'; s. Nägelsb. § 56, 4. — *intus*] s. zu 32, 23, 4.

15. *ariete*] ist kollektiv zu nehmen. — *subruta*] 'unten durchstossen', ist zunächst mit *multis locis*, wie *prociderat* mit *pars* zu verbinden; vgl. 21, 8, 5: *feriebantur muri, quassataeque multae partes*; 32, 16, 11: *muri partem eversam*; 33, 17, 9; 37, 6, 1. An u. St. ist wohl *pars muri*, nicht *murus* gesagt, weil ein anderer Teil auf andere Weise bestürmt wurde. — *apertum ruina*] 'durch die Breusche geöffnet'; s. zu 21, 8, 6: *captum oppidum ea ruina*; vgl. 21, 14, 2: *turris diu quassata prociderat perque ruinam eius* . . ; ebenso der Plural *ruinae*; s. 17, 2; 35, 9, 3 u. s. w. — *quae super portum est*\*) ein erklärender Zusatz, der nicht nötig war, da

durch *ariete* und *Romani* hinreichend bezeichnet wird, welche Burg gemeint sei; s. zu § 9. Das Präsens *est* ist wie § 9; 28, 6, 2 gesagt.

16. *signo*] näml. dafs sie auf der Burg seien. — *ex arce*] die Wiederholung des Wortes wie 43, 2. — *captiva corpora*] wie 45, 7; über *corpora* s. 6, 13, 6; 21, 13, 8; 25, 25, 7; vgl. 22, 52, 3. — *cessere*] 'fielen zu'; s. zu 43, 19, 12.

47. *et est* . . ] ausser der Jahreszeit (der Äquinoczialzeit) war auch der Ort gefährlich. — *Coela*] s. Strabo 10, 1, 2, S. 445: τῆς Εὐβοίας τὰ Κοῖλα λέγονσι τὰ μετὰ τὴν Ἀλλήδος καὶ τῶν περὶ Γερασιῶν τόπων κολποῦνται γὰρ ἡ παραλλή, πησιάζονσα δὲ τῇ Χαλκίδι κροτοῦται (curvatur) πάλιν πρὸς τὴν ἡπειρον; Val. Max. 1, 8, 10: *regionem, quae inter Rhamnunta, nobilem Atici soli partem, Carystumque, Chalcidico freto vicinam, interiaccens Coelae Euboeae nomen obtinet*. Die Flotten müssen also nach der Einnahme von Oreus durch den Euripus (s. 28, 6, 8) gesegelt sein. — *suspectus*] vgl. Herod. 8, 13. — *hiemales motus*] Äquinoczialstürme. — *unde profecti . . erant*] s. 23, 10.

2. *super Maleum navigal*] s. 28,

leum navigat Corcyram. regem statum initiorum Cereris, ut sacris interesset, tenuit; secundum initia et ipse in Asiam se recepit Agesimbroto et Rhodiis domum remisissis. haec ea aestate terra marique adversus Philippum sociosque eius ab consule et legato Romanis adiuvantibus rege Attalo et Rhodiis gesta.

4 Consul alter C. Aurelius ad confectum bellum cum in provinciam venisset, haud clam tulit iram adversus praetorem, quod

5 absente se rem gessisset. misso igitur eo in Etruriam ipse in agrum hostium legiones induxit populandoque cum praeda maiore

6 quam gloria bellum gessit. L. Furius, simul quod in Etruria nihil erat rei, quod gereret, simul Gallico triumpho imminens, [quem]

7 absente consule irato atque invidente facilius impetrari posse ratus Romam inopinato cum venisset, senatum in aede Bellonae

7 habuit expositisque rebus gestis, ut triumphanti sibi in urbem

48 invehni liceret, petit. apud magnam partem senatus et magnitudine rerum gestarum valebat et gratia. maiores natu negabant

8, 11; wie 42, 56, 1; im Griech. *ὄπις Μαλέαν*; s. Plin. et Trajan. Ep. 15, (26): *ὄπις Μαλέαν ναυγασσε*; vgl. 44, 1; Cic. ad fam. 4, 12, 1. — *statum*] näml. *sacrum* oder *sollemne* oder *tempus*; vgl. 5, 46, 2; 23, 35, 3; als Substantiv, wie ähnliche Neutra (s. Cic. p. Cael. 20: *destinatum*; Liv. 40, 46, 12: *vulgatum* u. a.), scheint *statum* nicht vorzukommen. — *initiorum*] s. 14, 7; es sind die großen Eleusinien gemeint, die vom 16. Boedromion (etwa Mitte September) an über 10 Tage dauerten; s. A. Mommsen, Heort. 73. 231. — *sacris*] die vielfachen Feierlichkeiten; s. A. Mommsen a. a. O. 243; Schömann 2, 344. — *et ipse*] dieses 'gleichfalls' bezieht sich nur auf *recepit*, nicht auf *in Asiam*. — *remissis*] als ob sie ihm untergeordnet gewesen wären.

3. *sociosque eius*] in Euböa. — *legato*] näml. Apustius. — *gesta*] s. 43, 7. — Nachdem Liv. von 22, 4 bis hierher die Ereignisse in Macedonien und Griechenland im Herbst 200 (s. 22, 4—32, 5) und im Frühjahr und Sommer 199 (s. 33, 1—47, 3) nach Polybios dargestellt hat, holt er jetzt einem Annalisten folgend nach, was bis

zum Anfang 199 in Italien, Rom u. s. w. geschehen ist (s. 47, 4—32, 2, 7).

47, 4—49, 3. Triumph des Prätors L. Furius. Dio Cass. fr. 57, 81.

4. *consul alter* . . ] knüpft an 22, 3 an und fällt noch in den Sommer 200. — *haud clam tulit*] vgl. Ter. Ad. 328: *neque id occulte fert*; Cic. p. Cluent. 54; parad. 6, 45.

5. *cum praeda maiore* . . ] = *ita ut plus praedae faceret quam gloriam sibi pararet*; doch paßt *cum* mehr zu *gloria* als zu *praeda*; über *praeda* s. 41, 7; 7, 16, 4: *praedae magis quam pugnae paratus*.

6. *imminens*] s. 14, 5; 3, 51, 9. — *invidente*] ist absolut gesagt.

— *impetrari*] dazu ist das Subjekt *eum* (*triumphum*) aus dem Vorhergehenden zu entnehmen. — *senatum* . . *habuit*] wozu er an sich und besonders bei der Abwesenheit der Konsuln befugt war. — *Bellonae*] s. zu 26, 21, 1. — *petit*]\*

48, 1. *apud* . . *valebat*] s. 1, 30, 7; 8, 33, 7. — *magnam partem*] wie § 6; = viele, nicht die Majorität.

2. *maiores natu*] von denen die *consulares* (s. § 3) nur ein Teil sind. — *negabant*] d. h. sie stimmten

triumphum, et quod alieno exercitu rem gessisset et quod provinciam reliquisset cupiditate rapiendi per occasionem triumphi; id vero eum nullo exemplo fecisse; consulares praecipue expectandum fuisse consulem censebant; potuisse enim castris prope urbem positis tutanda colonia ita, ut acie non decerneret, in adventum eius rem extrahere; quod praetor non fecisset, senatui faciendum esse, ut consulem expectaret; ubi coram disceptantis consulem et praetorem audissent, verius de causa existimatos esse. magna pars senatus nihil praeter res gestas, et an in magistratu suisque auspiciis gessisset, censebant spectare senatum debere. ex duabus coloniis, quae velut claustra ad cohibendos Gallicos tumultus oppositae fuissent, cum una direpta et incensa esset, traiecturumque id incendium velut ex continentibus tectis

dafür, dafs . . nicht erteilt werde. — *alieno exercitu*] der Grund wird bei ähnlichen Gelegenheiten nicht erwähnt; s. 20, 4; 28, 38, 4 u. a.; wahrscheinlich war ein gleicher Fall nicht vorgekommen. — *provinciam reliquisset*] indes war Etrurien, wohin ihn der Konsul geschickt hatte, nicht seine Provinz; s. 6, 2; zur Sache s. 27, 43, 4; 28, 42, 21. — *rapiendi . . triumphi*] s. 6, 23, 5; wahrscheinlich liegt die Andeutung darin, dafs er einem anderen entrissen werde. — *id vero*] bezieht sich auf den ganzen Gedanken *et quod . . triumphi*; denn ihre Provinz hatten auch andere verlassen; s. 28, 9, 10.

3. *praecipue*] gehört entweder zu *consulares*, obgleich vorher der Grund, den sie angeben, nicht bestimmt ausgedrückt ist, oder zu *censebant* und deutet kurz den Gedanken an: sie stimmten dahin, dafs der Triumph verweigert werde, indem sie besonders die Ansicht geltend machten, dafs u. s. w.

4. *urbem*] dasselbe, wie *colonia* im folgenden, nämli. Cremona; s. 21, 2. — *extrahere*]\* — *quod . . fecisset . . ut . .*] vgl. Cic. de fin. 1, 34: *id ne ferac quidem faciunt, ut ita ruant*; Phil. 14, 11: *hoc primum faciam, ut . . appellem*; Tusc. 1, 45. — *existimatos esse*] ohne *se*; s. zu 22, 50, 4.

6. *magna pars*] s. § 1; nach 49, 1 an u. St. die Majorität. — *et an . .*] der Gebrauch von *an* in einfacher indirekter Frage ohne vorausgehendes *utrum* oder *ne* findet sich bisweilen bei Livius; nachdem von der Bezeichnung der Ungewifsheit mit der Neigung zur Bejahung bei *nescio* (*dubito*) an der Übergang zur blofsen Ungewifsheit bei *incertus an* (s. 33, 8, 10) gemacht worden war, lag es nahe, *an* auch bei anderen Begriffen dieser Bedeutung zur Bezeichnung des Frageobjekts eintreten zu lassen; s. 35, 42, 4: *deinde an omnino mittendus esset, consultatio mota est*; 40, 14, 7: *te quaerere ex iis . . iubebat, an ferrum habuisset*; 41, 2, 6; 45, 20, 6: *consulti patres, . . an locum . . darent*; vgl. 8, 24, 11. 35, 4; Cic. in Verr. 4, 27; oft bei Curtius; s. zu 4, 48, 16. — *suisque\* auspiciis*] die also auch der ein ihm nicht speziell zuerkanntes Heer Kommandierende als rechtmäßige besafs; vgl. 28, 9, 10.

7. *velut claustra*] s. 6, 9, 4; zur Sache s. 21, 25, 2. — *Gallicos tumultus*] s. zu 21, 16, 4. — *oppositae fuissent*] die (früher) . . worden wären?; vgl. 44, 5; 30, 38, 6. — *una direpta* . .] s. 10, 3. — *continentibus*] da beide Kolonien, durch den Po getrennt, in geringer Entfernung von einander lagen: vgl. Tac. Hist. 1, 65.

- in alteram tam propinquam coloniam esset, quid tandem praetori faciendum fuisse? nam si sine consule geri nihil oportuerit, aut senatum peccasse, qui exercitum praetori dederit — potuisse enim, sicut non praetoris sed consulis exercitu rem geri voluerit, ita finire senatus consulto, ne per praetorem sed per consulem gereretur —, aut consulem, qui non, cum exercitum ex Etruria transire in Galliam iussisset, ipse Arimini occurrerit, ut bello interesset, quod sine eo geri fas non esset. non expectare belli tempora moras et dilaciones imperatorum, et pugnandum esse interdum, non quia velis, sed quia hostis cogat. pugnam ipsam eventumque pugnae spectari debere. fusos caesosque hostis, castra capta ac direpta, coloniam liberatam obsidione, alterius coloniae captivos recuperatos restitutosque suis, debellatum uno proelio esse. non homines tantum ea victoria laetatos, sed diis quoque immortalibus per triduum supplicationes habitas, quod bene ac feliciter, non quod male ac temere res publica a L. Furio praetore gesta esset. data fato etiam quodam Furiae genti Gallica bella. huius generis orationibus ipsius amicorumque victa est praesentis gratia praetoris, absentis consulis maiestas, triumphumque frequentes L. Furio decreverunt. triumphavit de Gallis in magistratu L. Furius praetor et in aerarium tulit trecenta viginti milia aeris, argenti centum milia quingentos.

8. *nam*] der Grund zu dem vorher nur angedeuteten Gedanken: der Prätor habe nicht anders handeln können. — *peccasse*] s. 28, 40, 5. — *sicut non* . . .] ebenso wie der Senat befohlen hätte (s. 11, 3), dafs nicht . . ., ebenso (*ita*) habe er durch einen Senatsbeschluss feststellen können, dafs . . .; ohne Parenthese würde es heifsen: *peccasse senatum, qui . . . dederit nec, sicut . . . voluerit, ita . . . finierit. — finire*] die Grenze feststellen, 'bestimmen'; s. 10, 13, 14; Cic. ad fam. 15, 9, 2. — *consulto*]\*

9. *ipse*] ist mit Nachdruck durch die Einschlebung des hindernden Grundes von *qui* getrennt.

10. *non expectare* . . .] ein mehrfach ausgesprochener Gedanke; s. 44, 8, 3; Thuk. 1, 42; Dem. Phil. 1, 37 u. a.

11. *pugnam ipsam*] nicht die Verhältnisse, unter denen sie erfolgt sei. — *fusos caesosque*] s.

26, 1, 9; 35, 1, 8. — *restitutosque*] s. 21, 18.

12. *supplicationes*] s. 8, 33, 20; zur Sache s. 26, 21, 3; 33, 22, 5. — *fato etiam quodam*] s. 5, 49, 6; 7, 25, 11; in Bezug auf Camillus und dessen Sohn vgl. Tacit. Ann. 2, 52: *post illum recipiatorem urbis filiumque eius Camillum penes alias familias (der gens Furia) imperatoria laus fuerat.*

49. 1. *ipsius*] als Vorsitzender (s. 47, 6) darf er wohl seine Ansicht aussprechen, aber nicht abstimmen; s. 8, 13, 8. — *victa est . . . maiestas*] durch die Auseinandersetzung sind die Begriffe gehoben. — *frequentes*] also ist 48, 1: *magna pars* nicht zu urgieren, oder mehrere haben ihre Ansicht geändert. — *in magistratu*] vgl. 8, 26, 7; 10, 46, 2; 33, 23, 4, 37, 10; 41, 13, 6; kommt in dieser Zeit, da das Imperium so oft prorogiert wird, selten vor. — *aeris*] = *aeris gravis*;

neque captivi ulli ante currum ducti neque spolia praelata neque milites secuti. omnia praeter victoriam penes consulem esse apparebat.

Ludi deinde a P. Cornelio Scipione, quos consul in Africa voverat, magno apparatu facti. et de agris militum eius decretum, ut, quot quisque eorum annos in Hispania aut in Africa militasset, in singulos annos bina iugera agri acciperet; eum agrum decemviri adsignarent. triumviri item creati ad supplendum Ve-

ob wirklich schwere Asse eingebracht oder das erbeutete Kupfergeld auf *aes grave* von den Münzbeamten reduziert wurde, ist nicht sicher, doch das Letztere wahrscheinlicher; s. Mms. MW. 282. 285. — *argenti\**] hiernach folgt gewöhnlich ein Zusatz wie *bigati* oder *signati*; s. 33, 23, 7, 37, 11; vgl. 34, 10, 7, 46, 2, 52, 6; 36, 21, 10, 39, 2; *centum milia quingentos\** giebt also die Zahl der Denare an; vgl. 33, 23, 9, 27, 2; Mms. MW. 381; Hultsch Metr. 201. Übrigens ist es auffallend, das *Furius* zwar über das Geld verfügt, die übrige Kriegsbeute aber und die Gefangenen dem Konsul hat überlassen müssen; s. § 3; anders ist der Fall 8, 30, 8; vgl. Hermes 1, 173 ff.

3. *neque milites secuti*] dies ist sonst ein Grund, den Triumph zu versagen; s. § 9; 28, 9, 10; doch waren in dem vorliegenden Falle nach 48, 3 die Verhältnisse eigentümlich.

49, 4—50. Spiele, Wahlen, Verhältnisse in Rom.

4. *ludi*] vgl. 9, 10; 28, 45, 12; Marq. 3, 476; Pol. 16, 23, 7 verbindet dieselben mit dem Triumph Scipios, welchen Liv. bereits im J. 201 (s. 30, 45, 2) erwähnt hat: *οἱ μὲν ἐν τῇ Ρώμῃ κατὰ τὸ συνεχές ἐπὶ πολλὰς ἡμέρας ἀγῶνας ἤγον καὶ πανηγύρεις ἐπιφανῶς, χορηγὸν ἔχοντες εἰς ταῦτα τὴν Σκιπίωνος μεγαλοπύλιν.* — *consul*] ungenau ausgedrückt, da Scipio erst als Prokonsul nach Afrika übersetzte.

5. *decretum, ut..*] Liv. deutet nicht an, das er schon im vorher-

gehenden Jahre (s. 4, 1 f.) einen wenn auch etwas abweichenden Senatsbeschluss über den Gegenstand angeführt und die Wahl der *decemviri metiendo dividendoque agro* berichtet hat. — *in Hispania\**] fehlt in dem früheren Dekrete; vgl. 32, 1, 6; Liv. scheint voraussetzen, das diese Soldaten mit Scipio zurückgekehrt seien (vgl. 28, 32, 7), da er *militēs eius* sagt; allein nach 28, 38, 1 hat Scipio sein Heer in Spanien zurücklassen müssen, und Liv. hat nirgends bestimmt angegeben, wann dasselbe zurückgekommen sei; s. 20, 7; 30, 41, 4; das Heer, welches Scipio in Afrika hatte, war ein ganz anderes; s. 29, 24, 3. — *acciperet*] ob nur römische Bürger oder auch socii, wird weder hier noch 4, 1 f. oder 32, 1 bemerkt. — *adsignarent*] wahrscheinlich ist die *adsignatio viritana* gemeint (s. zu 4, 47, 7; 42, 4, 3; CIL. 1, S. 89), so das jeder einzelne seinen Besitz von den anderen abgesondert erhielt, nicht Kommunen gegründet wurden, wie die Veteranenkolonien unter und nach Sulla; vgl. Aurel. Vict. 73, 1; Marq. 1, 95; Lange 2, 171; Kiene, Bundesgenossenkrieg 104.

6. *item creati*] hiernach muß Livius angenommen haben, das auch die Decemviri erst jetzt gewählt worden sind. — *supplendum . . numerum*] auch dazu waren, wie zur Abführung der Kolonie, Triumvirn nötig; s. 37, 46, 10. — *Venusinis*] der Dativ wie 29, 25, 8 u. a.; über Venusia s. 27, 10, 7, 21, 3; das auch andere Kolonien dieses Schicksal gehabt hatten, zeigt

nusinis colonorum numerum, quod bello Hannibalis attenuatae vires eius coloniae erant, C. Terentius Varro, T. Quinctius Flamininus, P. Cornelius Cn. f. Scipio. hi colonos Venusiam adscripserunt.

- 7 Eodem anno C. Cornelius Cethegus, qui proconsul Hispaniam obtinebat, magnum hostium exercitum in agro Sedetano fudit. quindecim milia Hispanorum eo proelio dicuntur caesa, signa militaria capta octo et septuaginta.
- 8 C. Aurelius consul, cum ex provincia Romam comitiorum causa venisset, non id, quod animis praeceperant, questus est, non expectatum se ab senatu, neque disceptandi cum praetore consuli potestatem factam, sed ita triumphum decresse senatum, ut nullius nisi eius, qui triumphaturus esset, et non eorum, qui bello interfuissent, verba audiret. maiores ideo instituisse, ut legati, tribuni, centuriones, milites denique triumpho adessent, ut testes rerum gestarum eius, cui tantus honos haberetur, populus Romanus videret. eequem ex eo exercitu, qui cum Gallis pugnaverit, si non militem, lixam saltem fuisse, quem percunctari

32, 2, 6. — *attenuatae*] s. zu 45, 11, 7. — *Varro*] s. 11, 18. — *Flamininus*] s. 29, 13, 6; nach Plut. Flamin. 1: *πεμπομένων ἀποίκων εἰς δύο πόλεις, Νάουρειάν τε καὶ Κῶνσαν, ἀρχῶν ἡρόδη καὶ οὐκιστῆς* wäre seine Bestimmung eine andere gewesen (vgl. 32, 2, 6); denn es läßt sich kaum annehmen, dafs er für alle drei Kolonien zum Triumvir gewählt worden sei, wenn nicht die Wahl für die von Plutarch Erwähnten später, als es nach Liv. scheinen kann, erfolgt ist; vgl. jedoch 4, 3, 5; Lange 2, 174. 176. — *Scipio*] der 29, 14, 8 erwähnte. — *Venusiam adscripserunt*] s. 33, 24, 8; vgl. 4, 11, 7; die Konstr. wie 6, 30, 9; 9, 20, 5; 34, 42, 6.

7. *Cethegus*] s. 50, 6; seine Absendung nach Spanien, wohin er, wahrscheinlich als Privatmann zum Prokonsul erwählt, geschickt worden (s. 28, 38, 1) und an Lentulus' Stelle (s. 20, 1) getreten ist, hat Liv. nicht erwähnt; vgl. 8, 10; Lange 2, 597. — *Sedetano*] s. 29, 1, 26. — *quindecim milia Hispanorum*] die Schlacht wäre also, wenn die Zahl nicht von den Annalisten ver-

größert ist, bedeutend gewesen, wird aber doch nur, wie viele andere (s. 34, 22, 2. 46, 1 u. a.), mit wenigen Worten berührt, während andere, nicht wichtigere, ausführlich geschildert sind; s. 21, 5 ff.

8. *animis praeceperant*] s. 10, 26, 4; über den Plural s. 3, 37, 5: *expectabant*; 5, 25, 3; 26, 22, 14; 32, 9, 3; 34, 9, 12 u. a. Der Konsul nimmt die Sache nicht persönlich, sondern tadelt das Verfahren als dem Herkommen widersprechend. — *verba audiret*] dafs der Senat noch andere als etwa die Legaten (anders ist 38, 44, 11: *decem legatorum*) hörte, was man aus § 11: *percunctari posset* folgern möchte, geschah wohl nicht leicht; dagegen konnten die Soldaten auf das Volk einwirken, wenn es das Imperium für den Tag des Triumphes gewähren sollte; s. 45, 36, 6 ff.

10. *tribuni*] näml. *militum*. — *testes*] s. 26, 21, 4; 38, 49, 11; Cic. ad Quir. p. r. 16: *rerum mearum gestarum auctores, testes, laudatores fuerunt*.

11. *posset*] nach *pugnauerint*; s. 6, 11, 4; 32, 7, 11. — *percunctari*]

posset senatus, quid veri praetor vanive adferret? comitiis deinde 12 diem edixit, quibus creati sunt consules L. Cornelius Lentulus, P. Villius Tappulus. praetores inde facti L. Quinctius Flamininus, L. Valerius Flaccus, L. Villius Tappulus, Cn. Baebius Tamphilus.

Annona quoque eo anno pervilis fuit; frumenti vim ma- 50 gnam ex Africa advectam aediles curules M. Claudius Marcellus et Sex. Aelius Paetus binis aeris in modios populo diviserunt. et 2 ludos Romanos magno apparatu fecerunt; diem unum instaurarunt; signa aenea quinque ex multatio argento in aerario posuerunt. plebeii ludi ab aedilibus L. Terentio Massiliota et Cn. 3 Baebio Tamphilo, qui praetor designatus erat, ter toti instaurati. et ludi funebres eo anno per quadriduum in foro mortis causa 4 M. Valeri Laevini a Publio et Marco filiis eius facti, et munus gladiatorium datum ab iis; paria quinque et viginti pugnarunt.

findet sich in dieser Weise mit dem Accusativ und einem indirekten Fragsatze verbunden, selten; s. Plaut. Capt. 917: *cocum percontabatur, possent seriae fervere*; vgl. Cic. Brut. 172: *cum percontaretur ex amica quadam, quanti aliquid venderet*; Liv. 40, 21, 3: *percontatus peritos de ascensu Haemi. — veri...vanive*] alliterierend; vgl. 6, 14, 11; 28, 25, 2; 34, 12, 4; 35, 40, 8; 37, 42, 1; 41, 23, 17. — *adferret*] d. h. dem Senate melde; s. 33, 45, 1.

12. *edixit*] sagte durch ein Edikt an; s. 26, 18, 4; vgl. 29, 8. — *Lentulus*] s. 20, 1. — *P. Villius Tappulus\**] s. 4, 3; 30, 1, 9. 27, 8. — *Quinctius*] s. 4, 3, 5; zu 32, 7, 9. — *Valerius*] s. 4, 5; 27, 8, 5; vgl. zu 4, 7. — *Baebius*] s. 29, 37, 17; vgl. 50, 3; 32, 1, 2.

50. 1. *quoque*] lose Anknüpfung eines neuen Gegenstandes. — *pervilis*] das Getreide kostete nur die Hälfte des 4, 6; 30, 26, 6 angegebenen Preises. — *binis aeris*] je 2 As, =  $\frac{1}{2}$  Sesterz; s. 33, 42, 8. — *populo*] dem armen Volke; s. 4, 6. — *diviserunt*] s. 4, 6.

2. *instaurarunt*] s. 27, 6, 19; zu 2, 36, 1. — *ex multatio* . . .] s. zu 24, 16, 19. — *in aerario*] sonst in

oder vor den Tempeln (s. 10, 23, 13; 33, 25, 2; 34, 53, 4; 35, 10, 12) oder ohne Angabe des Ortes, wie 38, 35, 5; an u. St. ist wohl der Tempel des Saturn gemeint, in oder vor dem die Bilder aufgestellt werden; s. 27, 10, 11.

3. *plebeii ludi*] s. Marq. 3, 479; vgl. Mms. Str. 12, 564, 1. — *Terentio* . . .] s. 38, 42, 4; vgl. die Daskalie zu Plautus Stichus: *Graeca Philadelphoe Menandru acta ludis plebeis Cn. Baebio L. Terentio aed. pl. egit C. Publilius Pollio . . P. Sulpicio C. Aurelio cos. — ter toti* . . .] s. 23, 30, 16.

4. *ludi funebres . . munus gladiatorium*] wie 23, 30, 15; 39, 46, 2. — *mortis causa . . Laevini*] s. zu 28, 21, 1; zu der Wortfolge vgl. 9, 42, 1: *alienae sortis victor belli*; Cic. Tusc. 4, 40: *fratris repulsa consulatus*; Vell. Pat. 2, 5: *Pauli exemplo disciplinae. — Laevini*] s. 5, 5. — *Publio et Marco\**] der erstere scheint sonst nicht vorzukommen, denn schwerlich ist es der 41, 8, 1 genannte Prätor; Marcus wird 39, 56, 5 und 40, 1, 2 als Prätor erwähnt; ein dritter Sohn ist C. Valerius (s. 38, 9, 8; 40, 44, 7), der in den Fast. Capit. (a. 578) *M. f. P. n.*

- 5 M. Aurelius Cotta decemvir sacrorum mortuus; in eius locum  
M. Acilius Glabrio suffectus.
- 6 Comitii aediles curules creati sunt forte ambo, qui statim  
occipere magistratum non possent. nam C. Cornelius Cethegus  
absens creatus erat, cum Hispaniam obtineret provinciam;  
7 C. Valerius Flaccus, quem praesentem creaverant, quia flamen  
Dialis erat, iurare in leges non poterat; magistratum autem plus  
8 quinque dies, nisi qui iurasset in leges, non licebat gerere. pe-  
tente Flacco, ut legibus solveretur, senatus decrevit, ut, si aedi-  
lis, qui pro se iuraret, arbitrato consulum daret, consules, si iis  
9 videretur, cum tribunis plebis agerent, uti ad plebem ferrent. da-  
tus, qui iuraret pro fratre, L. Valerius Flaccus, praetor designa-  
tus. tribuni ad plebem tulerunt, plebesque scivit, ut perinde es-  
10 set, ac si ipse aedilis iurasset. et de altero aedile scitum plebi est  
factum; rogantibus tribunis, quos duos in Hispaniam cum im-  
perio ad exercitus ire iuberent, ut C. Cornelius aedilis curulis ad  
11 magistratum gerendum veniret, et L. Manlius Acidinus decederet

heißt; vgl. Pol. 22, 12, 10: *εἰς τοῦ πρώτου συνθεμένου πρὸς Αἰτωλοῦς τὴν συμμαχίαν.*

5. *M'*\*) — *suffectus*] so wird oft gesagt statt des genaueren *cooptatus*; s. 26, 23, 7; 27, 6, 16; vgl. 40, 42, 11.

6. *comitiis*\*) 'in den Komitien'; s. 8, 13, 10; 39, 39, 9; zu 23, 14, 4. — *occipere*] s. 23, 31, 13; vgl. 1, 7, 6. — *Cethegus*] s. 49, 7.

7. *C. Valerius*] s. 27, 8, 4; 32, 7, 14. — *flamen Dialis*] s. Gell. 10, 15, 4: *iurare Dialei fas numquam est*; vgl. Lange 1, 270. — *iurare in leges*] näml. dafs er das Amt nach denselben führen, die ihm nach den Gesetzen zustehende Kompetenz nicht überschreiten wolle; der 29, 37, 12 erwähnte Eid entsprach dem hier angeführten; s. Lange 1, 521.

8. *pro se iurare*] ein Auskunftsmittel, welches andeutet, dafs die alten religiösen Bestimmungen schon viel von ihrer Heiligkeit verloren hatten. — *arbitratu* .] die Konsuln sollen nach ihrem Gutdünken entscheiden, ob der Stellvertreter annehmbar sei. — *ad plebem ferrent*] was sie beantragen sollen, geht aus

dem Zusammenhange (s. § 9) hervor. Die Plebs entbindet auch sonst von den Gesetzen; s. 10, 13, 9.

9. *datus*] näml. *ab aedile*; s. § 8. — *perinde esset*] wie *aliter est* 28, 18, 1; *prout est* 38, 50, 5 u. a.; vgl. 23, 44, 1; ebenso *proinde valere*; s. Cic. de leg. 2, 49; Quint. 7, 1, 60; auch in Gesetzen; s. Gaius 3, 56; Ulpian fr. 1, 12.

10. *de altero* .] ein Gleiches war 29, 11, 12 nicht geschehen. — *scitum plebi*] s. 2, 42, 6; gewöhnlicher ist *plebi (plebis) scitum*. — *in Hispaniam . . ad exercitus*] die Kompetenz der zu Wählenden wird dadurch bestimmt; obgleich dieselben in der Provinz auch die Civilverwaltung haben.

11. *multos post annos*] s. 28, 38, 1; vgl. 29, 13, 7; 30, 41, 4. Die Worte *ut . . annos* sind die Motive, *quos . . iuberent* der Inhalt der Rogation. — *Lentulus*] ist wahrscheinlich ein Irrtum des Liv. (s. 4, 3), da der hier Lentulus Genannte 33, 27, 1 Blasio heifst, und sich kaum annehmen läfst, dafs ein Mann wie Lentulus (s. 30, 40, 5) in dieser Weise nach Hispanien geschickt worden

de provincia multos post annos, plebes Cn. Cornelio Lentulo et L. Stertino pro consulibus imperium esse in Hispania iussit.

ist; vgl. 23, 34, 14. — *Stertino\**] dieser ist noch nicht erwähnt; beide haben jetzt keine Ämter und erhalten das Imperium wie Scipio 26, 18, 9,

Lentulus und Manlius 28, 38, 1, Cethegus 49, 7. — *pro consulibus*] s. 33, 25, 9.

## T. LIVI

### AB VRBE CONDITA

#### LIBER XXXII.

Consules praetoresque, cum idibus Martii magistratum in- 1  
issent, provincias sortiti sunt. L. Lentulo Italia, P. Villio Macedo- 2  
nia, praetoribus L. Quinctio urbana, Cn. Baebio Ariminum, L.  
Valerio Sicilia, L. Villio Sardinia evenit. Lentulus consul novas 3  
legiones scribere iussus, Villius a P. Sulpicio exercitum acci-  
pere; in supplementum eius, quantum militum videretur, ut scri- 4  
beret, ipsi permissum. praetori Baebio legiones, quas C. Aurelius  
consul habuisset, ita decretae, ut retineret eas, donec consul 5  
novo cum exercitu succederet; in Galliam ubi is venisset, omnes  
militis exactorati domum dimitterentur praeter quinque milia 6  
socium; iis obtineri circa Ariminum provinciam satis esse. pro- 6

1—2. Verteilung der Provinzen und Heere. Sühnung der Prodigien u. a.

1. *idibus Martii*] s. 22, 1, 1.

2. *L. Lentulo\** — *Italia*] d. h. die Kriegsführung in Italien; s. § 5; 28, 8; 43, 15, 3. — *praetoribus*] wie 26, 33, 8; 29, 13, 2. — *urbana*] und zwar zusammen mit der *peregrina*; s. 31, 6, 2.

3. *novas*] wohl zwei.

5. *exactorati*] s. 8, 34, 9. — *quinque milia*] s. 31, 8, 7.

6. *circa Ariminum*] die Umgegend von Ariminum, der ager Gallicus, welcher den senonischen Galliern abgenommen und nach der lex Flaminia (s. Pol. 2, 21; Cic. de sen. 11 u. a.) an römische Bürger

verteilt worden war; s. 39, 44, 10. An manchen Stellen wird die Bezeichnung Ariminum für die Provinz Gallia gebraucht (s. 24, 44, 3; 28, 38, 13 u. a.); allein in Zeiten der Gefahr, oder um den Krieg gegen Gallien mit mehr Nachdruck zu führen, wird in Gallien ein besonderes Heer, geschieden von dem in Ariminum, aufgestellt; s. 29, 13, 2, 4; 30, 1, 7, 9; 32, 9, 5; 41, 8, 3: *Galliam in duas provincias divisam*. In diesem Falle erhält der eine der Anführer Ariminum als besonderen Verwaltungsbezirk; s. 30, 1, 9; 31, 10, 5. Gewöhnlich wird nur die provincia Gallia genannt, d. h. der Consul oder Prätor, welcher die Kriegsführung und Beauf-

rogatum imperium praetoribus prioris anni, C. Sergio, ut militibus, qui in Hispania, Sicilia, Sardinia stipendia per multos annos fecissent, agrum adsignandum curaret, Q. Minucio, ut in Bruttis idem de coniurationibus quaestiones, quas praetor cum fide curaque exercisset, perficeret et eos, quos sacrilegii compertos in vinculis Romam misisset, Locros mitteret ad supplicium, quaeque sublata ex delubro Proserpinae essent, reponenda cum piaculis curaret. feriae Latinae pontificum decreto instauratae sunt,

sichtigung Galliens hat, erhält zugleich die Verwaltung des Bezirks Ariminum (s. 34, 55, 5; 35, 20, 7; 38, 42, 6; 39, 45, 5; 40, 18, 3; 41, 17, 6; vgl. Lange 2, 183), wie Gallia wieder in der provincia Italia begriffen wird; s. 34, 43, 9; 36, 2, 1; 37, 1, 10. — *prorogata imperia*] vgl. 24, 44, 4; 28, 45, 10; 30, 27, 9; sonst findet sich auch der Sing. *prorogatum imperium*, wenn von mehreren die Rede ist; s. 24, 10, 3; 25, 3, 5. — *C.\* Sergio*] er ist Stadtprator gewesen (s. 31, 6, 2), und das Imperium wird ihm für einen anderen Zweck verlängert; s. 27, 22, 5; 41, 12, 1. — *militibus qui* .] dieselbe Mafsregel wie 31, 49, 5, aber für andere Soldaten, die jedoch nicht näher bezeichnet sind; die in Spanien gedient haben, lassen sich nicht erkennen, da nach 31, 49, 5 die Soldaten Scipios schon versorgt sind; aber da dieselben auch unter Lentulus und Manlius dort gedient haben (s. 28, 38, 1; 31, 20, 1), so können die hier Genannten von den 31, 49, 5 Erwähnten wenigstens zum Teil nicht verschieden sein. Über die alten Soldaten in Sicilien und Sardinia s. 31, 8, 8; 32, 8, 8, — *adsignandum*] wie 31, 49, 6. — *curaret*] ein kurzer Ausdruck im Sinne von 'er solle die Assignation veranlassen'; vermutlich soll er die für diesen Zweck niedergesetzte Kommission der Decemviren militärisch unterstützen; vgl. Mms. StR. 2<sup>2</sup>, 609.

7. *idem*] 'dieselbe Person'; so wie er sie (als Prator) begonnen

habe, solle er sie nun auch (als Prator) vollenden; ebenso die von ihm eingeleitete Untersuchung in Locri. — *coniurationibus*] wahrscheinlich sind immer noch die Komplotte gemeint, infolge deren sie zu Hannibal abgefallen sind (s. 30, 24, 4), wenn man nicht aus 31, 8, 11 auf neue schliessen will; dafs Minucius die Untersuchung im vorhergehenden Jahre geführt habe, ist 31, Kap. 6 und 8 nicht bestimmt gesagt.

8. *sacrilegii compertos*] s. 7, 4, 4; zur Sache s. 31, 12, 3. — *mitteret*] d. h. von Rom abholen und nach Locri bringen lasse, wie Pleminius nach Rom; s. 29, 21, 12. — *reponenda . . curaret*] dies ist nach 31, 13, 1 bereits geschehen. — *cum piaculis*] s. 31, 12, 4.

9. *feriae* .] die religiösen Anzeigen sind durch das oben Erzählte passend vorbereitet. — *instauratae sunt*] wenn die in dem eben begonnenen Jahre gemeint sind, so hat Liv. die Verhandlung vorausgenommen, da die Ferae erst von den Konsuln angesetzt werden mußten; s. 21, 63, 8; doch kann das Versehen auch im vorhergehenden Jahre geschehen (s. 5, 19, 1) und jetzt sogleich zur Sprache gebracht sein. Das Folgende zeigt, wie geringfügige Dinge die Wiederholung religiöser Feierlichkeit erforderten; s. 5, 17, 3. 19, 1; 37, 3, 4; 40, 45, 2; 41, 16, 1; Preller RM. 189, 191. — *ab Ardea*] ist mit *legati* zusammennzunehmen; s. 6, 9, 3; vgl. 4, 7, 4. 45, 5; an u. St. entspricht es dem folgenden *Formiani*; s. 6,

quod legati ab Ardea questi in senatu erant sibi in monte Albano Latinis carnem, ut adsolet, datam non esse.

Ab Suessa nuntiatum est duas portas quodque inter eas 10  
muri erat de caelo tactum; et Formiani legati aedem Iovis, item  
Ostienses aedem Iovis, et Veliterni Apollinis et Sanguis aedes, et  
in Herculis aede capillum enatum; et ex Bruttis ab Q. Minucio 11  
propraetore scriptum eculeum cum quinque pedibus, pullos gal-  
linaceos tris cum ternis pedibus natos esse. a P. Sulpicio pro- 12  
consule ex Macedonia litterae adlatae, in quibus inter cetera  
scriptum erat lauream in puppi navis longae enatam. priorum 13  
prodigiorum causa senatus censuerat, ut consules maioribus  
hostiis, quibus diis videretur, sacrificarent; ob hoc unum prodi- 14  
gium haruspices in senatum vocati, atque ex responso eorum  
supplicatio populo in diem unum indicta et ad omnia pulvinaria  
res divinae factae.

Carthaginienses eo anno argentum in stipendium imposi- 2

17, 7. — *monte Albano*] s. 5, 17, 2.  
— *Latinis*] wie 44, 22, 16; vgl.  
26, 7: *ludis*; 31, 7, 1: *comitiis*. —  
*carnem* . . ] an dem latinischen Bundes-  
fest, welches als religiöse Feier,  
auch nachdem die politische Verbin-  
dung der Latiner aufgelöst war (s. 8,  
14, 9), noch fortbestand, wurden dem  
Iuppiter Latiaris ein oder mehrere  
(s. 41, 16, 1: *quia in una hostia*  
. . . *precaus non erat*) weiße Stiere  
geopfert, und von dem Fleische der-  
selben jedem der latinischen Staa-  
ten, zu denen auch Ardea gehörte (s.  
4, 11, 3; Mms. RG. 1<sup>o</sup>, 350), sein An-  
teil gegeben; die technischen Aus-  
drücke dafür waren: *carnem dare*  
und *accipere*; s. Schwegler 2, 296.  
— *ut adsolet*] s. 1, 28, 2; vgl. 37,  
3, 4: *dari debebat*; es bezieht sich  
dies nur auf *dare* ohne die Nega-  
tion.

10. *Suessa*] ist latinische Kolonie,  
die das römische Bürgerrecht noch  
nicht hat; s. 9, 3; 9, 28, 7. — *nun-  
tiatum est*] paßt nur zum ersten  
Glieder, zu den folgenden ist daraus  
*nuntiarunt* zu entnehmen; vgl. 2,  
1, 5; 21, 63, 15. — *Formiani*] s. 29,  
2; Formiä hat damals das Bürger-  
recht ebenso wenig gehabt als Ve-  
liträ. — *Ostienses*] Ostia ist ein

nicht unbedeutender Ort mit einem  
Tempel des Iuppiter; vgl. 27, 23, 3.  
— *Sanguis*] s. zu 8, 20, 8. — *in*  
*Herculis* . . *enatum*] die Erscheinung  
ist nicht klar bezeichnet, da man  
nicht sieht, ob das Haar (*capillus*  
wäre, genau gebraucht, das Haupt-  
haar und kollektiv) an der Statue  
(s. Cic. de div. 1, 75) oder an den  
Wänden des Tempels hervorgewach-  
sen ist.

11. *Bruttis*] s. 22, 36, 7. — *ab*  
*Q.*]\*

12. *a P. Sulpicio*] gehört zu *litte-  
rae*; vgl. 27, 39, 1. — *proconsule*]  
s. 31, 33, 4. — *lauream* . . *enatum*]  
vgl. 43, 13, 6. — *navis longae*]  
welches Staatsgut war; s. 43, 13,  
6; zu 21, 62, 6.

13. *maioribus hostiis*] s. 33, 26,  
9. — *quibus diis videretur*] s. 31,  
5, 3.

14. *haruspices*] man fand das  
Sühnungsmittel nicht in den Pon-  
tifikalbüchern angegeben; vgl. 42,  
20, 2. — *indicta*] \* — *ad omnia*  
. . . *factae*] es wurde gebetet und  
geopfert an allen Orten, wo Götter-  
statuen auf ihren Polstern (*lecti*)  
aufgestellt waren; s. 24, 10, 13;  
31, 5, 3. 9, 6 u. a.

2. 1. *in stipendium impositum*]

- 2 tum primum Romam advexerunt. id quia probum non esse  
 quaestores renuntiaverant, experientibusque pars quarta decocta  
 erat, pecunia Romae mutua sumpta intertrimentum argenti ex-  
 3 plevunt. petentibus deinde, ut, si iam videretur senatui, obsides  
 sibi redderentur, centum redditi obsides; de ceteris, si in fide  
 4 permanerent, spes facta. petentibus iisdem, qui non reddebantur  
 obsides ut ab Norba, ubi parum commode essent, alio traduce-  
 5 rentur, concessum, ut Signiam et Ferentinum transirent. Gadi-  
 tanis item petentibus remissum, ne praefectus Gadis mitteretur  
 adversus id, quod iis in fidem populi Romani venientibus cum

das ihnen auferlegt war, um es als Kriegskontribution zu zahlen; s. 33, 46, 9: *pecunia, quae in stipendium . . . penderetur*; vgl. 31, 16, 7: *in praesidium*. — *primum*] vgl. zu 30, 44, 4. — *advexerunt*] s. 35, 32, 4.

2. *experientibus*] 'bei der Probe'; ist entweder Ablativ und *iis* oder *quaestoribus* zu ergänzen (s. zu 25, 9, 13) oder Dativ (s. zu 23, 12, 1), = 'als man probierte'; vgl. 33, 47, 7; Tacit. Hist. 2, 50: *tempora reputantibus initium finemque miraculi cum Olthonis morte competitisse*. — *decocta*] durch Schmelzen vom Silber getrennt, abgeschmolzen; nach 30, 37, 5 mußten sie 200 Talente zahlen. — *intertrimentum*] s. 34, 7, 4; = der (durch das Abschmelzen) eingetretene Verlust. — *expleverunt*] s. 23, 5, 5.

3. *de ceteris*] Liv. folgt hier einer anderen Nachricht als 30, 37, 5. — *permanerent*] näml. die Karthager.

4. *petentibus* . . .] der gleiche Anfang wie § 3 ist vielleicht beabsichtigt, um die Gleichheit der Sache zu bezeichnen; vgl. § 5. — *parum commode essent*] 'nicht bequem leben, sich nicht wohl befinden'; s. 31, 50, 9; vgl. 42, 38, 10: *commode valere*. — *Signiam*] nach 26, 5 sind sie in Setia, nach 26, 18 auch in anderen latinischen Städten.

5. *item*] weil auch ihnen die Entfernung von etwas Unangenehmem gewährt wird. — *praefectus*] ist

so allgemein bezeichnet, daß ein von dem Provinzialstatthalter geschickter Unterbeamter (wie 43, 2, 12; Caes. BC. 3, 32, 3 u. a.) oder ein bleibender militärischer Befehlshaber, aber auch ein Aufseher über die Verwaltung und über das Recht, wie in den italischen Präfecturen (s. zu 34, 45, 1; Kuhn Verf. 2, 15, 83) gemeint sein kann. — *adversus id . . .*] gegen den Artikel in der Übereinkunft, gegen den bestimmten Punkt, über den man übereingekommen war; vgl. 38, 37, 10. — *in fidem . . . venientibus*] = *cum in fidem . . . venirent*, als sie sich (freiwillig) in den Schutz begeben hätten; s. 8, 1, 10; 28, 37, 10: *Gaditani detuntur Romanis*. Die Bezeichnung des ganzen Verhältnisses ist nicht klar. Nach der Wortstellung näml. ist *ne . . . mitteretur* abhängig von *remissum*, wodurch dann bezeichnet würde, daß die Römer ein Recht gehabt haben, Präfecten zu schicken, = 'es wurde ihnen nachgelassen, daß nicht . . . solle'; s. 33, 47, 2; *adversus . . . convenisset* wäre Ansicht der *remittentes*, der Senatoren, = 'obgleich dies gegen . . . wäre'; die Gaditaner haben mit Marcius einen Vertrag geschlossen, in welchem die Aufnahme von römischen Präfecten ausbedungen war. Da jedoch dies bei einer freiwilligen Übergabe an die Römer ebenso ungewöhnlich ist, als es wenig glaublich scheint, daß die Römer den zu ihnen Übertretenden sogleich

L. Marcio Septimo convenisset. et Narniensium legatis querentibus ad numerum sibi colonos non esse et immixtos quosdam non sui generis pro colonis se gerere, earum rerum causa tres viros creare L. Cornelius consul iussus. creati P. et Sex. Aelii — Paetis fuit ambobus cognomen — et Cn. Cornelius Lentulus. quod Narniensibus datum, ut colonorum numerus augetur, id Cosani petentes non impetraverunt.

Rebus, quae Romae agendaae erant, perfectis consules in 3 provinciis profecti. P. Villius in Macedoniam cum venisset, 2 atrox seditio militum iam ante irritata nec satis in principio compressa excepit. duo milia ea militum fuere, quae ex Africa post devictum Hannibalem in Siciliam, inde anno fere post in Mace-

diese harte Bedingung auferlegt haben, auch Cic. p. Balbo 34 und 41 ein Bündnis der Gaditaner mit Rom erwähnt (*Marcus . . cum Gaditanis foedere icisse dicitur; foedere iunctis (Gaditanis) . .*), so ist vielleicht anzunehmen, daß Liv. *ne . . mitteretur* nicht von *remissum*, sondern von *petentibus* abhängig gemacht habe. Dann ist *adversus id . .* der Grund der Bitte (= da dies gegen die Übereinkunft sei); *is* ist dann wie 31, 11, 12 gebraucht, oder die Gesandten sprechen, wie sie vorher *Gadis* sagen, von ihrem Staate in der dritten Person; *remissum* endlich bedeutet dann 'ingeräumt', daß das, was die Gesandten wollten, geschehe, wie 35, 17, 5. 45, 4; vgl. Tac. Ann. 1, 8; 11, 36 u. a.

6. *ad numerum . .*] die bei der Gründung der Kolonie bestimmte Zahl werde nicht erreicht (sei nicht vollständig da), so daß die von der Stadt zu tragenden Lasten auf eine geringe Zahl von Bürgern fiel. — *immixtos*] s. 40, 2; 26, 37, 1; 43, 10, 5; die Klage ist auffallend, da diese Eindringlinge bei dem Census (Narnia gehörte zu den bestrafte Kolonien; s. 27, 9, 7; 29, 15, 5; Cosa dagegen nicht) hätten bemerkt und entfernt werden können; vgl. 41, 8, 11. — *earum rerum . .*] also auch des letztgenannten Übeldes wegen.

7. *Aelii*] über Publius s. 30, 40, 5;

über Sextus s. 7, 12; Lange 2, 189. — *datum\**] näml. *est. — augetur*] näml. auf die gesetzliche Zahl. — *Cosani*] s. 31, 49, 6; 33, 24, 8.

3. Ankunft des P. Villius in Macedonien.

2. *Macedoniam*] nach dem ungenauen Sprachgebrauche der Annalisten = der nördliche Teil der griechischen Halbinsel; s. zu 43, 6, 10; Nissen 105; in das eigentliche Macedonien ist er nicht gekommen; s. 6, 1. — *iam ante irritata*] ist nicht erwähnt. — *excepit*] ist entweder absolut zu nehmen oder *eum* zu ergänzen; vgl. 2, 61, 1; 23, 18, 15; 25, 23, 8.

3. *ea*] durch Attraktion an *milicia* angeschlossen; = dies (die jetzt sich empörenden Soldaten) waren u. s. w.; s. 23, 35, 6; 33, 1, 2. — *quae . . transportata erant*] s. 31, 2, 9. — *in Siciliam*] nach 30, 45, 1 sollte man annehmen, daß sie mit Scipio im Triumphe aufgezogen seien, da nach 30, 44, 13 die Flotte nach Sicilien bestimmt ist; auch ist 31, 8, 6. 14, 2 nicht gesagt, daß sie in Sicilien gewesen seien, es müßte denn die Bemannung der 31, 3, 2 erwähnten Flotte mit den Landsoldaten, die hier offenbar gemeint sind, verwechselt sein. — *anno fere post*] die Überfahrt der Flotte erfolgte noch in demselben Jahre, in dem sie aus Afrika zu-

doniam pro voluntariis transportata erant. id voluntate factum  
 4 negabant: ab tribunis recusantes in naves impositos. sed ut-  
 cumque, seu iniuncta seu suscepta foret militia, et eam exhau-  
 5 stam, et finem aliquem militandi fieri aequum esse. multis annis  
 sese Italiam non vidisse; consenuisse sub armis in Sicilia, Africa,  
 Macedonia; confectos iam se labore opere, exangues tot acceptis  
 6 vulneribus esse. consul causam postulandae missionis proba-  
 bilem, si modeste peteretur, videri dixit; seditionis nec eam  
 7 nec ullam aliam satis iustam causam esse. itaque si manere ad  
 signa et dicto parere velint, se de missione eorum ad senatum  
 scripturum; modestia facilius quam pertinacia quod velint impe-  
 traturos.

4 Thaumacos eo tempore Philippus summa vi oppugnabat

rückkehrten. — *voluntate*] mit ihrer Einwilligung (Zustimmung), freiwillig; findet sich mehrfach ohne Genetiv oder Pronomen possessivum; s. 3, 69, 8; 5, 17, 9 u. a.; vgl. 1, 41, 6; 36, 12, 6; *id* sollte sich wegen *voluntate* nur auf *in Macedoniam . . . transportata erant* beziehen; s. 35, 32, 4; 44, 6, 12 u. a.; weniger genau ist es auch auf *pro voluntariis*, selbst wenn dies = 'als wären sie Freiwillige' genommen wird, übertragen. — *impositos*] näml. *dicebant*.

